4 Cleandridas cum Lucanis bellum gerens, cum superaret eos dimidia multitudine, ratus si hostibus innotesceret tanta multitudo, eos recessuros ex periculo, densam instruxit aciem. Cum autem Lucani tanquam paucos contemnentes in longum extenderent ordines, atque includere eos conarentur, sibique reditum interclusissent, ad dextrum latus extenta phalange, mandavit, ut epistatæ ad astitem transirent, et acie multo longius instructa circumdedit et inclusit Lucanos. Qui intercepti in medio, et undique prostrati, omnes perierunt, exceptis paucis, qui fugam capessentes turpiter evaserunt.

5 Cleandridas Thuriis numero paucioribus mandans, ne cum hostium multitudine congrederentur, inquit, Ubi non sufficit pellis leonina, ibi vulpina adsuenda est.

CAP.

ΚΕΦ. ΙΑ.

ΦΑΡΑΚΙΔΑΣ.

Φαρακίδας Καρχηδονίων ἐφορμούντων Συρακούσαις, περιπεσὼν κατὰ τὸν πλοῦν Καρχηδονίαις τριήρεσι, καὶ ἀπὸ τούτων ἐννέα λαβὼν, ὅπως ἡσυχάσειαν οἱ Καρχηδόνιοι καταπλέοντες, ἐς τὰς αἰχμαλώτους τριήρεις τὰς ἐννέα ἀνεβίβασε τοὺς ἰδίους ἐρέτας, καὶ στρατιώτας· Καρχηδόνιοι γνωρίζοντες τὰ οἰκεῖα σκάφη, προσπλέοντας αὐτοὺς τῷ λιμένι τῶν Συρακουσίων οὐκ ἐκωλύθησαν.

ΚΕΦ. ΙΒ.

ΔΗΙΦΟΝΤΗΣ.

Δηϊφόντης τοῖς Δωριεῦσι συνέταξεν ἐκκαλεῖσθαι τοὺς Ἀργείους ἐς μάχην. αὐτὸς δὲ τῶν νεῶν ἐπιβὰς ἐπὶ λόφῳ τινὶ περιωρμίσατο, ἔνθα οὐκ ἦν κάτοπτος· σκοπὸς ἤγγειλε· Δωριεῖς μὲν περιελαύνουσι λείαν· Ἀργεῖοι δὲ ἐκβοηθοῦσι, τὸ στρατόπεδον καταλιπόντες· Δηϊφόντης καὶ οἱ σύμμαχοι τῶν νεῶν ἐκδραμόντες αἱροῦσι τὸ στρατόπεδον ἔρημον. Ἀργεῖοι πατέρων, καὶ παίδων, καὶ γυναι-

CAP. XI.

PHARACIDAS.

Pharacidas Carthaginienſibus Syracuſas contendentibus, incidens inter navigandum in Carthaginienſes triremes, cum ex his novem cepiſſet, ut continerent ſe Carthaginienſes portum obſidentes, in captivas triremes novem, impoſuit ſuos remiges et milites. Carthaginienſes ſua navigia agnoſcentes, adnavigantes eos in Syracuſanorum portum non impediverunt.

CAP. XII.

DIEPHONTES.

Diephontes conſtituit cum Dorienſibus, ut Argivos provocarent ad pugnam. Ipſe vero conſcenſis navibus, ad collem quendam appulit, ubi latebat. Speculator conſtitutus nuntiat: Dorienſes prædam agunt, Argivi vero relictis caſtris, adverſus eos egrediuntur. Diephontes cum ſociis e navibus excurrentes, caſtra vacua et inania capiunt. Argivi parentibus, libe-

γυναικῶν ἑαλωκότων, ἐφ' ᾧ τε σῶσαι τούτους, τήν τε χώραν καὶ τὰς πόλεις παρέδοκαν Δωριεῦσιν.

ΚΕΦ. ΙΓ.

ΕΥΡΥΤΙΩΝ.

Εὐρυτίων βασιλεὺς Λακεδαιμονίων, ὁρῶν τὸν πρὸς Ἀρκάδας πόλεμον μηκυνόμενον, στάσιν αὐτοῖς ἐμποιῆσαι μηχανώμενος, κήρυκα ἔπεμψεν ἀγγέλλοντα· Λακεδαιμόνιοι παύονται πολεμοῦντες, ἐάνγε τοὺς ἐναγεῖς ἐξελάσητε· τούτους δὲ εἶναι τοὺς Αἴγιναν ᾑρηκότας· οἱ δὲ τοῦ φόνου τὴν αἰτίαν ἔχοντες, προσδοκῶντες ὑπὸ τοῦ δήμου διωχθήσεσθαι διὰ τὴν τῆς εἰρήνης ἐπιθυμίαν, σὺν ἐγχειριδίοις ἐλθόντες, ἀπέσφαξαν ὅσους ἠδύναντο· πολλοὺς δὲ καὶ συμμάχους προσεποιήσαντο, τὴν ἐλευθερίαν ὑπισχνούμενοι. οἱ δὲ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμοῦντες συνετάχθησαν, ὥστε δίχα διαιρεθέντες, ὁπλισάμενοι προελθόντες παρετάξαντο· οἱ δὲ τὰ τοῦ δήμου φρονοῦντες ἡττηθέντες, πρὸς μέρος τι τοῦ τείχους καταφυγόντες, τὰς πύλας ἀνοίξαντες, Λακεδαιμονίους ἐδέξαντο. οἱ δὲ κατέσχον τῇ στάσει Μαντίνειαν, ἧς τῷ πολέμῳ κρατεῖν οὐκ ἠδύναντο.

ΚΕΦ.

liberis, et conjugibus captis, ut illos ſervarent, et regionem et urbes Dorienſibus tradiderunt.

CAP. XIII.

EURYTION.

Eurytion rex Lacedæmoniorum videns bellum adverſus Arcadas ſuſceptum protrahi ac duci, ut factionem inter ipſos moveret, præconem miſit qui nuntiaret: Lacedæmonii a bello deſiſtunt, ſi reos ac nocentes expuleritis. Eos autem eſſe, qui Æginam cepiſſent. qui rei de cæde, verentes, ne a populo ob pacis cupiditatem ad ſupplicium raperentur, cum gladiis venientes, quotquot potuerunt, morte affecerunt. Multos etiam ſocios aſciverunt, promiſſa libertate. Qui vero pacem concupierant, ad pugnam inſtruebantur, hinc in duas partes diviſi armis captis contra ſe invicem in aciem prodibant. At qui a populi partibus ſtabant, victi ad partem quandam mœniorum confugiebant, et apertis portis Lacedæmonios accipiebant: qui per factionem Mantineam obtinuerunt, quam bello non potuerunt capere.

CAP.

ΚΕΦ. ΙΔ.

ΕΦΟΡΟΙ.

Οἱ Ἔφοροι μηνυθέντες ἐπιβουλεύειν Κινάδωνα, συλλαβεῖν αὐτὸν ἐν τῇ πόλει συμφέρειν οὐχ ἡγούμενοι, τῶν ἱππέων τινὰς κρύφα προπέμψαντες ἐς Αὐλῶνα τῆς Λακωνικῆς οὐ πρὸ πολλοῦ, τὸν Κινάδωνα καλέσαντες μετὰ δύο στρατιωτῶν, ἐς Αὐλῶνα ἔπεμψαν ὡς ἐπὶ πρᾶξιν ἀπορρήτων· ὡς δὲ ἀφίκοντο, οἱ προπεμφθέντες ἱππεῖς συλλαβόντες αὐτὸν, στρεβλώσαντες, μαθόντες τοὺς κοινωνοὺς τῆς ἐπαναστάσεως, ἐπέστειλαν τοῖς Ἐφόροις· οἱ δὲ μαθόντες τοὺς μηνυθέντας, ἄνευ ταραχῆς ἀπέκτειναν, οὐ παρόντος τοῦ μεμηνυκότος.

β´ Οἱ Ἔφοροι πυθόμενοι τοῖς Παρθενίοις σημεῖον ξυγκείμενον, ὅταν μέλλωσιν ἄρχεσθαι τῆς ἐπαναστάσεως, ἐκ μέσης τῆς ἀγορᾶς πῖλον ἀνασχεῖν, προσέταξαν τῷ κήρυκι ἀναγορεῦσαι· οἱ τὸν πῖλον αἴρειν μέλλοντες, ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἄπιτε. τούτου δὲ κηρυχθέντος, οἱ κοινωνοῦντες τῆς ἐπιθέσεως ἐπέσχον, ὡς προεγνωσμένης τῆς πράξεως.

ΚΕΦ.

CAP. XIV.

EPHORI.

Ephori certiores facti Cinadonem ipsis insidias struere, comprehendere ipsum in urbe non conducere rati, quibusdam equitibus clam Aulonem Laconicæ regionis præmissis non multo ante, Cinadonem vocatum cum duobus militibus Aulonem miserunt, ad negotium quoddam arcanum. Qui cum venissent in constitutum locum, præmissi equites eum comprehensum quæstione adhibita examinarunt: cumque conjurationis socios cognovissent, scripserunt Ephoris. Qui re cognita, indicatos sine tumultu occiderunt, cum is qui indicarat præsto non esset.

2 Ephori audientes, a Partheniis signum esse constitutum, ut cum vellent incipere seditionem, in medio foro pileum attollerent, præconem jusserunt proclamare: Qui pileum tollere vultis, ex foro discedite. Hoc promulgato, continuerunt se qui consilii participes erant, quod rem præcognitam esse viderent.

CAP.

ΚΕΦ. ΙΕ.

ΙΠΠΟΔΑΜΑΣ.

Ἱπποδάμας ὑπὸ Ἀρκάδων ἐν Πρασίαις ἐπολιορκεῖτο· λιμὸς ἦν· οἱ Σπαρτιάται κήρυκα ἔπεμψαν· εἴσω παρελθεῖν Ἀρκάδες ὐκ ἐπέτρεψαν. Ἱπποδάμας ἀπὸ τῦ τείχυς τῷ κήρυκι ἀπεκρίνατο, τοῖς Ἐφόροις ἄγγελε, τὴν γυναῖκα κωλύειν, τὴν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Χαλκιοίκυ δεδεμένην· οἱ μὲν Ἀρκάδες ὐκ ἐνόησαν· οἱ δὲ Λάκωνες συνῆκαν, ὅτι λιμὸν κωλύειν ἐπιστέλλοι. ἦν γὰρ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Χαλκιοίκυ ἀνακειμένη λιμῦ γραφὴ, γυνὴ γεγραμμένη, ὠχριῶσα, λεπτὴ, τὼ χεῖρε ὀπίσω δεδεμένη· ὥς τε τὸ ἀφανὲς τοῖς πολεμίοις, φανερὸν τοῖς πολίταις Ἱπποδάμαντος ἦν.

ΚΕΦ. Ιϛ.

ΓΑΣΤΡΩΝ.

Γάστρων Λακεδαιμόνιος, μέλλων ἐν Αἰγύπτῳ συμβαλεῖν τοῖς Πέρσαις, μετενέδυσε τὰς πανοπλίας. καὶ τὰς μὲν τῶν Ἑλλήνων τοῖς Αἰγυπτίοις· τὰς δὲ, τῶν Αἰγυπτίων τοῖς

CAP. XV.

HIPPODAMAS.

Hippodamas ab Arcadibus Prasiis oppugnabatur. Cum fame premeretur, Spartiatæ præconem miserunt, quem in urbem introire, Arcades non sunt passi, Hippodamas a mœnibus præconi respondit: Ephoris nuntia, fœminam prohibere, in æde Chalciœci ligatam: Arcades non intellexerunt. At Lacones animadverterunt, quod famem prohibere diceret. Erat enim in æde Chalciœci suspensa Famis imago, fœmina picta ac pallens, tenuis, manibus in tergum revinctis. Itaque hostibus obscurum, civibus vero manifestum fuit Hippodamantis dictum.

CAP. XVI.

GASTRON.

Gastron Lacedæmonius, in Ægypto prælium initurus cum Persis, mutavit armaturas. Et Græcorum armis Ægyptios, Ægyptiorum vero Græcos induit. Occultans au-

τοῖς Ἕλλησι περιέθηκε. κρύψας δὲ τοὺς Αἰγυπτίους ἐν τοῖς Ἕλλησι, παρατάξας προῆγε τοὺς Ἕλληνας. τῶν δὲ οὐδὲν ἐνδιδόντων, ἀλλ' εἰς τοὔμπροσθεν βιαζομένων, καὶ προθύμως κινδυνευόντων, ἐξανέστησε τοὺς Αἰγυπτίους ἐν τοῖς ὅπλοις τοῖς Ἑλληνικοῖς· ἰδόντες δὲ οἱ Πέρσαι, καὶ τοὺς Ἕλληνας ὑπονοήσαντες ἐπιέναι, λύσαντες τὴν τάξιν ἔφυγον.

ΚΕΦ. ΙΖ.

ΜΕΓΑΚΛΕΙΔΑΣ.

Μεγακλείδας συμφυγὼν ἐς ὄρος δασὺ, πολιορκούμενος, διελὼν τοῦ στρατεύματος, ὃ μὲν ἀχρεῖον ἦν καὶ βαρύτερον, φεύγειν ἐκέλευσε διὰ τῆς ὕλης, εἰδὼς ὅτι φανερὸν ἐστὶ τοῖς πολεμίοις· οἱ μὲν ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς φεύγοντας. ὁ δὲ τὴν εὔχρηστον καὶ γενναίαν δύναμιν ἔχων ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν τῆς ὕλης τραπόμενος, ὑπεξέφυγεν ἀσφαλῶς.

ΚΕΦ. ΙΗ.

ΑΡΜΟΣΤΗΣ.

Ἁρμοστὴς Λακεδαιμόνιος ὑπὸ Ἀθηναίων ἐπολιορκεῖτο. δυοῖν ἔτι λοιπὸν ἡμερῶν ἔχων ἔνδον τροφάς· κῆρυξ ἧκε Σπαρ-

autem Ægyptios armatura Græcorum, instructa acie produxit Græcos. Quibus nihil remittentibus, sed vi patefacientibus præ se viam, atque alacriter periculum subeuntibus, excitavit Ægyptios in armis Græcis. Persæ id videntes, et Græcos accedere suspicati, perturbatis ordinibus in fugam se conjecerunt.

CAP. XVII.

MEGACLIDAS.

Megaclidas, cum in montem arboribus densum confugisset, obsessus, exercitum divisit, et eam partem quæ inutilis erat, atque gravior, per sylvam fugam capere jussit: sciens id hostibus perspicuum fore. Quibus in fugientes impetum facientibus, tum ille utiliori et strenua parte copiarum, ad contrariam sylvæ viam conversus, aufugit sine periculo.

CAP. XVIII.

HARMOSTES.

Harmostes Lacedæmonius ab Atheniensibus obsidebatur; duorum adhuc dierum commeatu instructus. Præco

Σπαρτιάτης· οὐ συνεχώρουν Ἀθηναῖοι βαδίζειν εἴσω τοῦ τείχους, ἀλλὰ πρὸ τοῦ τείχους λέγειν ἃ βούλοιτο, πάντων ἀκουόντων· ὁ κήρυξ, θαῤῥεῖν, ἔφη, 56 κελεύουσί σοι Λακεδαιμόνιοι, καὶ προσδέχεσθαι βοήθειαν διὰ τάχους· ὁ δὲ Ἁρμοστὴς μὴ πάνυ ἔφη σπεύσητε βοηθοῦντες· τροφὰς γὰρ ἔχουσι πέντε μηνῶν ἔτι. Ἀθηναῖοι, καὶ γὰρ χειμὼν προσῄει, μακρὰν καὶ χειμερινὴν πολιορκίαν ἀπαγορεύσαντες, καὶ δὴ διαλύσαντες τὸ στρατόπεδον ᾤχοντο.

ΚΕΦ. ΙΘ.

ΘΙΒΡΩΝ.

Θίβρων ἐν Ἀσίᾳ χωρίον πολιορκῶν, τὸν φρούραρχον ἔπεισεν ἐπὶ συνθήκας προελθεῖν, ὀμόσας εἰ μὴ συντίθοιντο, πάλιν αὐτὸν εἰς τὸ φρούριον καταστήσειν. ὁ μὲν προῆλθε, καὶ λόγων ἐκοινώνησεν· οἱ δὲ τοῦ φρουρίου φύλακες διαλύσεως ἐλπίδι ῥαθυμότερον εἶχον· ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ προσβαλόντες οἱ Θιβρώνιοι κατὰ κράτος αἱροῦσι τὸ χωρίον. Θίβρων δὲ τὸν φρούραρχον εἰς τὸ χωρίον ἀγαγὼν κατὰ τοὺς ὅρκους, προσέταξεν αὐτὸν ἔνδον ἀναιρεθῆναι.

ΚΕΦ. Κ.

56 MSS. κελεύουσί σε.

Præco venit Spartiata. Non permiſerunt Athenienſes, ut intra mœnia veniret : ſed ante mœnia diceret, quæ vellet. Omnibus audientibus præco inquit : Lacedæmonii bonum animum habere jubent, et mox venturum auxilium expectare. Harmoſtes, ne, inquit, omnino feſtinetis opem ferendo. Commeatum enim adhuc quinque menſium habemus. Athenienſes (nam hyems ingruebat) diuturnam et hyemalem oppugnationem deſperantes, et exercitum diſſolventes, abſceſſerunt.

CAP. XIX.

THIBRON.

Thibron in Aſia caſtellum oppugnans, præfecto cuſtodiæ perſuaſit, ut ad faciendum fœdus prodiret, jurans, ſi non feriretur, ſe rurſus ipſum in caſtellum reſtiturum. Qui quidem proceſſit, et in colloquium venit. Cuſtodes autem caſtelli, ſpe pacis diſſolutius agebant. Interea Thibronii impreſſionem facientes, vi munitionem capiunt. Thibron vero præfectum cuſtodiæ reductum in caſtellum, quemadmodum jusjurandum habebat, juſſit eum intus morte affici.

ΚΕΦ. Κ.
ΔΗΜΑΡΑΤΟΣ.

Δημάρατος ἐπιστέλλων Σπαρτιάταις, περὶ τῆς Ξέρξου στρατείας ἐς πτύχα ἀκήρωτον τὴν ἐπιστολὴν γράψας ἐπεκήρωσεν, ἵνα ὡς ἄγραφος διὰ τῶν φυλάκων [57] κομισθείη.

ΚΕΦ. ΚΑ.
ΗΡΙΠΠΙΔΑΣ.

Ἡριππίδας ἀφικόμενος εἰς Ἡράκλειαν τὴν Τραχινίαν, συναγαγὼν ἐκκλησίαν, περιστήσας τοὺς ὁπλίτας ἐκήρυξε τοὺς Τραχινίους καθίσαι χωρίς. οἱ μὲν ἐκάθισαν· ὁ δὲ ἐκέλευσεν αὐτοὺς, περὶ ὧν ἀδικοῦσιν, Λακεδαιμονίοις κρίσιν ὑποσχεῖν, ὡς νόμιμόν ἐστιν ἐν τῇ Σπαρτιάτιδι δεθέντας. ἐπεὶ δὲ ὑπὸ τῶν ὁπλιτῶν δεθέντες, ἔξω πυλῶν ἤχθησαν, καὶ δὴ πάντες ἀνῃρέθησαν.

ΚΕΦ. ΚΒ.
ΙΣΧΟΛΑΟΣ.

Ἰσχόλαος ἐν Αἴνῳ πλησίον ὁρῶν Ἀθηναίους ἐφορμοῦντας ναυσὶ πολλαῖς, δεδοικὼς μὴ νύκτωρ ἐπιπλεύσαντες πολλὰ [illegible] τῶν

57 MSS. κομισθῇ.

CAP. XX.
DEMARATUS.

Demaratus litteras mittens Spartiatis de exercitu Xerxis, in tabula experte ceræ ſcriptam epiſtolam cetera obduxit, ut per cuſtodes quaſi ſine litteris ferretur.

CAP. XXI.
ERIPPIDAS.

Erippidas cum veniſſet Heracleam Trachiniam, vocata concione, poſitis in circuitu armatis, promulgavit, ut Trachinii ſeorſim ſederent. Quibus ſedentibus, ille juſſit de ſuis injuriis cauſſam apud Lacedæmonios dicere, quemadmodum vinctos in Spartiatide leges jubent. poſt ab armatis vincti, extra portas educti omnes interfecti ſunt.

CAP. XXII.
ISCHOLAUS.

Iſcholaus in Æno videns Athenienſes adnavigare multis navibus, ueritus ne ſub noctem appellentes, multa ex

τῶν πλοίων αὐτῦ μετὰ βίας ἀποσπάσωσι, πρὸς τὸν πύργον τὸν ἐπὶ τῦ χώματος, ἅπαντα προσαγαγὼν ἔδησεν ἐκ τῶν ἱςῶν· τὰ δὲ πορρωτέρω σχοινίοις ἐκ τῶν πλοίων συνῆψεν, ὥς τε τὸν σύνδεσμον εἶναι δι᾽ ἀλλήλων· οἱ μὲν Ἀθηναῖοι νυκτὸς ἐπελθόντες ἀφέλκειν πειρώμενοι, τῶν πλοίων ὐδὲν ἀπέσυραν· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Αἴνυ τῶν φυλάκων ἀγγειλάντων 58 ὑπεξελθόντες, ἐδίωξαν τὺς Ἀθηναίυς, οἱ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν νεῶν.

β' Ἰσχόλαος ἐν ὁδῷ κατὰ μὲν θάτερον ἀποκρήμνῳ καὶ σφαλερᾷ, κατὰ θάτερον δὲ ὄρος ἐχύσῃ, ὃ κατεῖχον οἱ πολέμιοι, πνεύματος γινομένυ μεγάλυ, τὴν ὕλην ἐνέπρησεν. ὥς τε τῶν παραφυλαττόντων πολεμίων, ὑπὸ τῦ καπνῦ καὶ τῦ πυρὸς διωχθέντων, κατα τῦτο τὸ μέρος ἀσφαλῶς τὴν δύναμιν ἤγαγεν.

γ' Ἰσχόλαος ὑπὸ Χαβρίυ πολιορκύμενος ἐν Δρυΐ, μέλλοντος προσάγειν τὺς κριὺς, αὐτὸς φθάσας μέρος κατέβαλε τῦ τείχυς· ἄμφω μηχανώμενος· τοῖς μὲν αὐτῦ ςρατιώταις, ἀνδρειότερον ἀγωνίσασθαι, τὸ τῦ τείχυς ὀχυρὸν ὐκ ἔχυσι· τοῖς δὲ πολεμίοις τὸ καταπεφρονῆσθαι τὴν

58 ἐπεξελθόντες Mſſ.

ex ſuis navigiis vi abſtraherent, ad turrim, quæ in vallo erat, omnia perducta ligaverunt ex malis. Remotiora per funes inter ſe invicem conjunxerunt, ut mutua eſſet connexio. Athenienſes noctu accedentes, abſtrahere conati navigia, nihil abſtraxerunt. At illi ab Æno nuntiantibus cuſtodibus clam egreſſi, inſecuti ſunt Athenienſes partim terra, partim navibus.

2 Iſcholaus in itinere ab altero latere præcipitia et periculoſa loca, ab altero montem habente, quem tenebant hoſtes, orto ingenti vento, ſylvam incendit. Itaque hoſtibus, qui montem obſidebant, fumo et igni dejectis, hac parte exercitum abſque periculo duxit.

3 Iſcholaus cum in Drye oppugnaretur a Chabria, volente arietes admovere, prior ipſe muri partem dejecit: utrumque ſecum reputans, ut ſui milites fortius pugnarent, cum munitionem mœniorum non haberent: et hoſtes exiſtimarent, ſuas machinas oppugna-

τὴν παρασκευὴν τῶν πολιορκητικῶν μηχανημάτων· ἀμέλει τὴν ἑκούσιον ἀποτείχισιν φοβηθέντες, παρελθεῖν εἰς τὴν πόλιν οὐκ ἐθάρσησαν.

δ´ Ἰσχόλαος, προσκαθημένων Ἀθηναίων, πυθόμενος εἶναί τινας τῶν φυλάκων τοὺς προδιδόντας, νύκτωρ ἐφοδεύων τὰς φυλακὰς ἑκάστῳ τῶν φυλάκων παρέζευξε τῶν μισθοφόρων ἕνα. τοῦτο πράξας, ἀταράχως ἔφυγε τῆς προδοσίας τὸν κίνδυνον.

ΚΕΦ. ΚΓ.

ΜΝΑΣΙΠΠΙΔΑΣ.

Μνασιππίδας ὀλίγου πλῆθος ἦγεν· ἐπεὶ δὲ νυκτὸς ἐπέθεντο πολέμιοι, τοὺς ψιλοὺς καὶ τοὺς σαλπιγκτὰς ἐκέλευσεν ἐν τῷ 59 σκότῳ περιελθόντας ὄπισθεν τῶν ἐπιτιθεμένων σημαίνειν τὸ πολεμικὸν, καὶ ἀκροβολίζεσθαι· οἱ δὲ ὡς ὑπὸ πλήθους πολλοῦ κυκλούμενοι, διὰ τάχους ἀνεχώρησαν.

ΚΕΦ. ΚΔ.

59 σκότει *Vulg.*

oppugnatorias esse contemtas. Certe hostes spontaneam mœniorum destructionem metuentes, ingredi in urbem non audebant.

4 Ischolaus, obsidentibus Atheniensibus, audiens aliquos ex custodibus moliri proditionem, noctu vigilias adiens, unicuique custodi mercenarium unum adjunxit. Hoc facto, sine tumultu proditionis periculum effugit.

CAP. XXIII.

MNASIPPIDAS.

Mnasippidas exiguam multitudinem ducebat. Cum autem hostes noctu impetum facerent, jussit levis armaturæ milites et tibicines in tenebris circumire, et a tergo impetentium, classicum canere, ac jacula mittere. Illi igitur, tanquam inclusi a magna multitudine, confestim discesserunt.

CAP. XXIV.

ΚΕΦ. ΚΔ.

ΑΝΤΑΛΚΙΔΑΣ.

Ἀνταλκίδας ἐν Ἀβύδῳ μετὰ ναυτικοῦ πλείονος διατρίβων, Ἀττικὰς τριήρεις ὁρμούσας ἐν Τενέδῳ μαθὼν, φοβουμένας ἐς Βυζάντιον διαπλεῦσαι πρὸς Ἰφικράτην, ἀγγείλαντος τινὸς ὡς Ἰφικράτης πολιορκοίη Χαλκηδονίους, φίλους ὄντας, παρήγγειλεν ἀποπλεῖν εἰς Χαλκηδόνα· καὶ ἀναχθεὶς ἐνήδρευσεν περὶ τὴν Κυζικηνήν· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Τενέδου τὴν [60] ἀναγωγὴν τὴν Ἀνταλκίδου πυθόμενοι, κατὰ τάχος ἐπειρῶντο πρὸς τὸν Ἰφικράτην πλεῖν· ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο κατὰ τὰς τῶν πολεμίων τριήρεις, οὐχ ὁρωμένας, ἀλλ' ἀφανῶς ἐφορμούσας, Ἀνταλκίδας ἄφνω προσπεσὼν ταῖς Ἀττικαῖς, τὰς μὲν κατέδυσε, τῶν δὲ πλειόνων ἐκράτησεν.

ΚΕΦ. ΚΕ.

ΑΓΗΣΙΠΟΛΙΣ.

Ἀγησίπολις Μαντίνειαν ἐπολιόρκει μετὰ τῶν συμμάχων· οἱ πρὸς τοὺς Μαντινεῖς εὖ διακείμενοι, διὰ τὸ Λακεδαι-

60 MSS. ἀγωγήν.

CAP. XXIV.

ANTALCIDAS.

Antalcidas in Abydo cum majore classe desidens, cum Atticas triremes in Tenedo appellere cognovisset, metuentes Byzantium trajicere ad Iphicratem, nuntiante quodam Iphicratem oppugnare Chalcedonios, socios et amicos, præcepit suis, ut ad Chalcedonem naves dirigerent. solvensque ad Cyzicenam terram in insidiis delituit. Qui vero in Tenedo erant, audita solutione Antalcidæ, confestim ad Iphicratem navigare instituerunt. Postquam autem ad hostium triremes venerunt, quæ non cernebantur, sed occulte stabant, Antalcidas repentino impetu Atticas invadens, aliquas submersit, plurimis vero potitus est.

CAP. XXV.

AGESIPOLIS.

Agesipolis Mantineam oppugnabat cum sociis: qui bene erga Mantinenses affecti, tamen Lacedæmonios

κεδαιμονίους ἄρχειν τῆς Ἑλλάδος εἵποντο μὲν ἐπὶ τὸν πόλεμον, κρύφα δὲ εἰσέπεμπον τοῖς Μαντινεῦσι νυκτὸς ἃ ἐδέοντο· Ἀγησίπολις μαθὼν τὰ δρώμενα, κύνας περὶ τὸ στρατόπεδον ἠφίει πολλούς· πλείονας δὲ κατὰ τὸ μέρος τὸ πρὸς τὴν πόλιν, ὅπως μηδεὶς αὐτομολοίη, φυλαττόμενος ὑπὸ τῶν κυνῶν ἁλῶναι.

ΚΕΦ. Κϛ.

ΣΘΕΝΙΠΠΟΣ.

Σθένιππος Λάκων ζημιωθεὶς χρήμασιν ὑπὸ τῶν Ἐφόρων, προσποιητῶς αὐτομολῆσαι πρὸς τοὺς Τεγεάτας ὑποκρινόμενος· δεξαμένων αὐτὸν ὡς αἰτίαν ὀργῆς δικαίαν ἔχοντα, τοὺς διαπολιτευομένους τῷ ἄρχοντι αὐτῶν Ἀριστοκλεῖ διαφθείρας, μετὰ τούτων, πομπῆς οὔσης, θύειν αὐτὸν μέλλοντα προσπεσὼν ἀπέκτεινεν.

ΚΕΦ. ΚΖ.

ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΙΔΑΣ.

Καλλικρατίδας Κυρηναῖος, τὸν τὴν ἄκραν Μαγνησίας φυλάττοντα. . αὐτοῦ δέξασθαι δ'· τοῦ δὲ ἐπιτρέψαντος, ἕκαστον

nios Græciæ imperium tenentes sequebantur ad bellum; clam vero Mantinensibus intromittebant, quibus eis opus erat. Agesipolis cum didicisset, quæ fierent, multos canes circum castra dimisit. Plures autem ea parte, quæ spectabat ad urbem, ne quis transiret, cavens ne a canibus interciperetur.

CAP. XXVI.

STHENIPPUS.

Sthenippus Lacon mulctatus pecuniis ab Ephoris, ficte ad Tegeatas transfugit. Quibus eum recipientibus, quasi justam iræ caussam habentem, corruptis, qui principi ipsorum Aristocli in administranda republica adversarii erant, iis sociis usus, inter pompam sacrificare eum volentem adortus, interfecit.

CAR. XXVII.

CALLICRATIDAS.

Callicratidas Cyrenensis, ab eo qui arcem Magnesiæ custodiebat, petiit, ut quatuor ex suis *ægrotantes* reciperet.

ἕκαστον θωρακίσας κατέκλινε, σπάθας αὐτοῖς παραθεὶς χλανίδα ἐπιβαλὼν ἄνωθεν. ἐπεὶ δὲ κλίνας δ' φέροντες ἔνδον πυλῶν ἐγένοντο εἴκοσιν ὁμȣ̃ νεανίαι, ὡπλισμένοι, τȣ̀ς φύλακας ἀποσφάξαντες, τὴν ἄκραν κατέσχον.

β' Καλλικρατίδας ἐν Μαγνησίᾳ πολιορκȣ́μενος, τῶν πολεμίων κριȣ̀ς προσαγαγόντων τοῖς τείχεσιν, αὐτὸς κατὰ τὸ ἀπρόσμαχον τȣ̃ τείχȣς παῤῥήξας τȣ̃ πύργȣ μέρος, παραφυλάξας τὸν καιρὸν τῆς τῶν προσβαλόντων διαδοχῆς, περιῆλθε τὸ τεῖχος· καὶ κατὰ νώτȣ προσπεσὼν, πολλȣ̀ς μὲν αὐτῶν διέφθειρεν, ȣ̓κ ὀλίγȣς δὲ ἐζώγρησε· μετὰ δὲ τὴν νίκην τὸ τεῖχος ἀνῳκοδόμησεν.

ΚΕΦ. ΚΗ.

ΜΑΓΑΣ.

Μάγας ἀπὸ Κυρήνης ἐκστρατεύων, κατέλιπε μὲν καὶ τῶν φίλων τȣ̀ς φρȣρήσοντας την πόλιν· ὄργανα δὲ καὶ βέλη, καὶ μηχανήματα, κατέκλειεν εἴσω τῆς ἄκρας· ἀφῄρει δὲ καὶ τῶν τειχῶν τὰς ἐπάλξεις, ὅπως, εἰ τινὲς νεωτερίσειαν, ἀνεωγυῖαν ἔχοι τὴν διὰ τῶν πυλῶν εἴσοδον.

β' Μάγας

ciperet. Quo permittente, ſingulos thoracibus indutos reclinavit, enſesque deſuper chlamyde tectos appoſuit. Cum qui lectos quatuor portabant, intra portas veniſſent, viginti ſimul juvenes armati cuſtodibus trucidatis, arcem obtinuerunt.

2 Callicratidas, cum Magneſiæ oppugnaretur, hoſtibus arietes admoventibus, ipſe in eo loco, ubi mœnia oppugnari non poterant, diſtrahens partem ex turri, obſervans tempus oppugnantium ſucceſſionis, circumivit mœnia: et a tergo irruens, multos ex ipſis interfecit Non paucos etiam vivos cepit. Poſt victoriam autem, mœnia rurſus exædificavit.

CAP. XXVIII.

MAGAS.

Magas a Cyrene expeditionem faciens, reliquit ſocios qui urbem tuerentur. Inſtrumenta vero atque tela ac machinas in arcem incluſit, et mœniorum propugnacula ſuſtulit, ut ſi quid novarum rerum molirentur, apertum haberet per portas introitum.

2 Magas

β' Μάγας Παραιτώνιον κατασχὼν, συνέταξε τοῖς φρυκτωροῖς πυρσὸν φίλιον αἴρειν ἑσπέρας· καὶ πάλιν βαθέος ὄρθρου τὸν αὐτόν. τῇ τῶν πυρσῶν ἀπάτῃ προῆλθε τῆς χώρας, 61 ἄχρι τοῦ Χίου καλουμένου.

ΚΕΦ. ΚΘ.

ΚΛΕΩΝΥΜΟΣ.

Κλεώνυμος Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, Τροιζῆνα πολιορκῶν, κατὰ πολλὰ μέρη τῆς πόλεως ὀξυβελεῖς περιστήσας, ἐκέλευσεν ἀφιέναι, τοῖς βέλεσιν ἐπιγράψας· ἥκω τὴν πόλιν ἐλευθερώσων. ἔχων δὲ καὶ Τροιζηνίους αἰχμαλώτους, ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων· οἱ μὲν αἰχμάλωτοι εἴσω παρελθόντες εὐηγγελίζοντο. Εὐδαμίδας δὲ στρατηγὸς 62 κρατερῶς φυλάττων τὴν πόλιν τοῖς νεωτερίζουσι παρετάττετο· καὶ δὴ τῶν ἔνδον ἀλλήλοις μαχομένων, Κλεώνυμος προσθεὶς κλίμακας ἐξεῖλε τὴν πόλιν, καὶ διήρπασε, καὶ Σπαρτιάτην ἁρμοστὴν μετὰ φρουρᾶς ἐπέστησεν.

β' Κλεώνυμος Ἔδεσσαν πολιορκῶν, τοῦ τείχους πεσόντος, τῶν πολεμίων ἐπελθόντων σαρισσοφόρων· ἑκάστη δὲ σάρισ-

61 ἄχρι τοῦ χι καλουμένου Mſſ. et Codd. *Caſ.* 62 κρατερῷ *Flor.* quod melius eſt. *Maſv.*

2 Magas occupato Parætonio, compoſuit cum ſpeculatoribus, ut facem amicam tollerent ſub veſperam atque iterum ſummo mane eandem. Facium dolo proceſſit in regione uſque ad eum locum qui Chius dicitur.

CAP. XXIX.

CLEONYMUS.

Cleonymus Lacedæmoniorum rex, Trœzenem urbem oppugnans, ad multas urbis partes circumcirca expeditos jaculatores collocavit, et emittere juſſit, jaculis inſcribens: Venio, ut civitatem in libertatem aſſeram. Trœzenios etiam, quos captivos habebat, ſine redemtionis pretio dimiſit. Captivi in urbem reverſi, fauſtum nuntium adferebant. Eudamidas vero dux ſumma diligentia cuſtodiens civitatem, cum his qui novas res agitarent, pugnabat. Cum intus illi inter ſe dimicarent, Cleonymus appoſitis ſcalis, evertit civitatem atque diripuit. Et Spartiatam præſectum cum præſidio impoſuit.

2 Cleonymus Edeſam oppugnans, cum mœnia cecidiſſent, et hoſtes exirent ſariſſigeri, (quælibet ſariſſa cubi-

σάρισσα πηχῶν ἦν ἑκκαίδεκα· ἐπύκνωσε τὴν αὐτῶ φάλαγγα ἐς βάθος· τὰς δὲ πρωτοστάτας καὶ τὰς τέτων ἐπιστάτας ἄνευ δοράτων ἔταξε, παραγγείλας, ἂν συμμίξωσιν οἱ σαρισσοφόροι, διαλαβεῖν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τὴν σάρισσαν, καὶ κατέχειν. τὰς δὲ ἑπομένας παρὰ πλευρὸν ἑκάστα παρελθόντας ἐνεργεῖν τὴν μάχην· οἱ μὲν ἐλάβοντο τῶν σαρισσῶν. οἱ δὲ ἀνθέλκοντες ἦσαν· οἱ δὲ κατόπιν παρελθόντες ἀνεῖλον τὰς σαρισσοφόρας, καὶ ἄχρηστον ἠλέγχθη τὸ σαρίσσης μέγεθος, τῇ Κλεωνύμα δεινότητι.

ΚΕΦ. Λ.
ΚΛΕΑΡΧΟΣ.

Κλέαρχος Ἡρακλεώτης, ἀκρόπολιν ἀναστῆσαι βαλόμενος, μισθοφόρας συνέταξε λεληθότως ἐξιέναι νυκτὸς, λωποδυτεῖν, ἁρπάζειν, ὑβρίζειν, τιτρώσκειν. ἀγανακτᾶντες οἱ πολῖται, παρεκάλεσαν Κλέαρχον βοηθεῖν· ὁ δὲ ἀκ ἄλλως ἔφη δυνατὸν εἶναι τὴν ἀπόνοιαν αὐτῶν κατασχεῖν, εἰ μή τις αὐτὰς περιτειχίσειεν. συγχωρησάντων Ἡρακλεωτῶν, τόπον τῆς πόλεως περιτειχίσας, ἀκρόπολιν κατασκευάσας, ἀκ

cubitorum sexdecim erat) suam phalangem in latitudinem condensivit. Antesignanos autem, et horum aitires, sine hastis collocavit, dato præcepto, ut, si sarissigeri aggrederentur, ipsi utraque manu sarissam apprehenderent, atque tenerent. At sequentes ad uniuscujusque latus procederent, et pugnam facerent. Qui cum manibus arriperent sarissas, hostes retrahebant. Posteriores vero accedentes, interfecerunt sarissigeros, et Cleonymus ostendit sua solertia, magnitudinem sarissæ nulli usui esse.

CAP. XXX.
CLEARCHUS.

Clearchus Heracleotes arcem ædificare volens, constituit, ut mercenarii noctu clam exirent, raperent, agerent, injuriam inferrent, vulnerarent. Cives id indigne ferentes, Clearchi auxilium imploraverunt. Qui neminem aliter audaciæ immanitatem eorum cohibiturum dixit, nisi quis ipsos mœnibus circumdaret. Permittentibus Heracleotis, locum civitatis munivit: arce facta,

οὐκ ἐκείνους ἐκώλυσεν, ἀλλ' αὐτῷ τὸ ἐξεῖναι πάντας ἀδικεῖν παρέσχεν.

β' Κλέαρχος Ἡρακλείας τύραννος ἐλογοποίησεν, ὡς ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος μετὰ τῶν δορυφόρων, καὶ τῇ βουλῇ τῶν τριακοσίων παραδοῦναι τὰ πράγματα· οἱ δὲ συνῆλθον ἐς τὸ βουλευτήριον ὡς ἐπαινεσόμενοι Κλέαρχον, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀποληψόμενοι. ὁ δὲ περιστήσας τῷ βουλευτηρίῳ στρατιώτας, τῶν τριακοσίων ὑπὸ τοῦ κήρυκος ἀνακαλουμένων, καθ' ἕνα συλλαβὼν, ἐκέλευσε πάντας ἄγειν εἰς τὴν ἀκρόπολιν.

γ' Κλέαρχος βουλόμενος πολλοὺς τῶν πολιτῶν ἀποκτεῖναι, πρόφασιν οὐκ ἔχων, 63 κατέλεξε τοὺς ἀπὸ ἑκκαίδεκα ἐτῶν μέχρι έ καὶ ζ' ἐπὶ στρατείαν ἐν τοῖς κυνικοῖς καύμασιν, ὡς πόλιν Ἀστακῶν πολιορκήσων. ἐπεὶ δὲ ἧκε τῆς Ἀστακοῦ πλησίον, τοὺς μὲν πολίτας ἐν ἑλώδει χωρίῳ καὶ νηνέμῳ, καὶ μεστῷ στασίμων ὑδάτων, ἐκέλευσε στρατοπεδεῦσαι, παραγγείλας προσέχειν, μὴ Θρᾶκες ἐπιφανῶσιν ἐκ τῆς χώρας. αὐτὸς δὲ, ὡς κακοπαθήσων περὶ τὴν πολιορκίαν

63 Mſſ. κατέλιπε. Numeri, qui ſequuntur έ καὶ ζ', corrupti ſunt. *Maſv.*

facta, non illos arcuit, ſed poteſtatem ad injuriam omnibus inferendam comparavit.

2 Clearchus Heracleæ tyrannus rumores ſparſit, ſe dimiſſurum ſatellites, et conſilio trecentorum Rempublicam traditurum. Qui convenerunt in curiam, ad laudibus afficiendum Clearchum, et libertatem recipiendam. At ille poſitis ad curiam militibus, trecentos per præconem evocavit, et ſingulatim comprehenſos juſſit omnes in arcem duci.

3 Clearchus multos cives de medio tollere volens, cum occaſionem et cauſſam non haberet, delegit eos, qui eſſent ab anno ſedecimo uſque ad duodecimum, ad expeditionem in Caniculæ æſtu, quaſi urbem Aſtacum oppugnaturus. Poſtquam vero appropinquavit Aſtaco, cives quidem in paluſtri loco, et quieto atque pleno ſtantium aquarum, juſſit caſtra ponere: præcipiens ut animadverterent, ne Thraces e regione apparerent. Ipſe vero, quaſi ſummam moleſtiam oppugna-

κίαν μετὰ τῶν ξένων ὑψηλὰ χωρία καὶ σύσκια, ὕδασιν ἐπιῤῥεόμενα, καταλαβόμενος, ἐστρατοπέδευσε· καὶ μέχρι τοσούτου τὴν πολιορκίαν ἐξέτεινεν, ἕως τοὺς πολίτας αὐτοῦ διεφθείρεν ὥρα θέρους τὸ ἑλῶδες καὶ ἐπίνοσον τοῦ στρατοπέδου· ἐπεὶ δὲ διεφθάρησαν ἅπαντες, τότε μετὰ τῶν μισθοφόρων ἀνέζευξε, λοιμῷ προσθεὶς τὴν αἰτίαν τῆς τῶν πολιτῶν τελευτῆς.

ΚΕΦ. ΛΑ.

ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΟΥΣ.

Ἀριστομένης Λακεδαιμόνιος, Διονυσίῳ συμμαχῶν, τροπῆς βραχείας γενομένης ὁρῶν τὰς τριήρεις ἀναμεμιγμένας παρήγγειλε τοῖς αὐτοῦ στρατιώταις βοᾷν, ἔα φεύγειν· οἱ πολέμιοι τῆς βοῆς ταύτης ἀκούσαντες ἐς φυγὴν ἐτράποντο, δόξαντες κατὰ κράτος ἡττᾶσθαι.

β' Ἀριστομένης Μεσσηνίων ἡγεμὼν τρὶς ἑκατομφόνια θύσας κατὰ Λακεδαιμονίων, ἰσχυροῖς ποτὲ τραύμασι περιπεσὼν, ἑάλω σὺν ἄλλοις πλείοσιν. ἔδοξεν τοῖς Λάκωσιν ἅπαντας κατακρημνίσαι, τοὺς μὲν ἄλλους γυμνοὺς, τὸν δὲ Ἀριστο-

oppugnationis toleraturus, cum mercenariis excelſa loca, et umbroſa, aquis affluentia, capit, et in iis caſtrametatur. Et eo uſque oppugnationem extendit, donec ſuos cives perdidiſſent æſtivo tempore paluſtria, et caſtra morbos procreantia. Poſtquam autem omnes perierunt, tunc cum mercenariis etiam movit, peſtique cauſſam civium interitus aſſignavit.

CAP. XXXI.

ARISTOMENES.

Ariſtomenes Lacedæmonius, Dionyſio ferens auxilium, exigua inclinatione facta, videns triremes permixtas, præcepit ſuis militibus, ut clamarent, Sine fugere. Hoſtes audita hac voce, in fugam converſi ſunt, rati ſe vi ſuperari.

2 Ariſtomenes Meſſeniorum dux, cum Hecatomphonia contra Lacedæmonios ter ſacrificaſſet, tandem confectus graviſſimis vulneribus, captus eſt cum aliis pluribus. Viſum eſt Lacedæmoniis omnes præcipites dare, reliquos nudos, at Ariſto-

Ἀριστομένην διὰ τὴν δόξαν τῆς ἀρετῆς ἐν τοῖς ὅπλοις· οἱ μὲν δὴ ἄλλοι κατενεχθέντες παραχρῆμα ἐτελεύτησαν. τοῦ δὲ Ἀριστομένους ἡ ἀσπὶς ἐφελκομένη τὸν ἀέρα, ἐλαφρῶς αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν κατήνεγκεν· ὁ δὲ ἐς τὸ ὕψος ἀναβλέπων καὶ τοὺς κρημνοὺς ἐν κύκλῳ περιέχοντας, οὐκ ἀνῆκε τῆς ἐλπίδος. ἀλλὰ τὸ σύμπαν ὄρος ἀνασκοπούμενος, κατανοήσας εἴσδυσιν στενωτάτην, καὶ δι᾽ αὐτῆς [64] ἀλώπεκος εἰσιούσης, ἀπὸ τῶν κειμένων νεκρῶν ὀστοῦν κλάσας, μιᾶς τῶν ἀλωπέκων λαβόμενος τῆς οὐρᾶς, δακνόμενος ὑπ᾽ αὐτῆς συνεξέδυ αὐτῇ τὰ στενόπορα τοῦ ὄρους τῷ ὀστῷ παραίρων, καὶ παρακόπτων. [65] Καὶ δὴ προελθὼν ἧκεν εἰς τοὺς Μεσσηνίους προϊέναι μέλλοντας ἐς τὴν μάχην· καὶ αὐτίκα ὁπλισάμενος, αὐτὸς ἡγεῖτο τῆς φάλαγγος· οἱ δὲ Λάκωνες Ἀριστομένην ἰδόντες πάλιν ἀριστεύοντα, πάλιν διώκοντα, τὸν βεβλημένον κατὰ τῶν κρημνῶν, ἀφ᾽ ὧν οὐδεὶς ἐσώθη πώποτε, πάντες ἐνέκλιναν ἐς φυγὴν, θνητῆς φύσεως μείζονα εἶναι τὸν ἄνδρα ἡγούμενοι.

γʹ Ἀριστο-

64 Legendum ἀλώπεκας cum Fl. et pro εἰσιούσης, εἰσιούσας, *Masv.* 65 Subjungunt codices: καὶ τὸ συνεξελθὸν, nisi quod Fl. συνεξέθον. Unde legendum videtur καὶ οὕτω συνεξελθών. *Masv.*

Aristomenem propter virtutis opinionem cum armis. Reliqui deturbati statim obierunt. At Aristomenis scutum attrahens aërem, molliter eum in terram detulit. Qui in altum suspiciens, quanquam circumdantia undique præcipitia videret, tamen non abjecit omnem spem. Sed universum montem circumspiciens, animadverso angusto foramine, et per illud introëunte vulpe, defringens e mortuis os, apprehensa unius vulpis cauda, quamvis ab ea morderetur, simul exiit per angustias montis quævis obvia tollens, ac rescindens ossis beneficio, atque ita simul evasit. Egressus autem venit ad Messenios, qui jam ad pugnam ituri erant, et repente sumtis armis ipse phalangem ducebat. Lacones Aristomenem denuo in armis conspicati, et iterum insequentem eum, qui a præcipitio dejectus fuerat, e quo nemo unquam salvus evaserat, omnes in fugam conversi sunt, rati superiorem humana natura virum esse.

3 Aristo-

γ' Ἀριστομένης Μεσσήνιος, αἰχμάλωτος ὑπὸ Λακεδαιμονίων ὢν, καὶ φερόμενος, τῷ παρακειμένῳ πυρὶ ἑαυτὸν προσεκύλισε, καὶ τοὺς δεσμοὺς κατακαύσας, τοὺς μὲν φύλακας ἀνεῖλε· κρύφα δὲ εἰς τὴν Σπάρτην παρελθὼν, καὶ τὰς ἀσπίδας αὐτῶν προσηλώσας τῷ τεμένει τῆς Χαλκιοίκου, ἐπεγράψεν· ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΗΣ ΑΠΟ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ΑΒΛΑΒΗΣ ΑΝΕΣΩΘΗ. τοῦτο ποιήσας ἐς Μεσσήνην ἐπανῆλθε.

δ' Ἀριστομένης ὁ Μεσσήνιος, Λακεδαιμονίων τοῖς Διοσκούροις πάνδημον θυσίαν ἐπιτελούντων, μετὰ ἑνὸς φίλου, λευκῶν ἵππων ἐπέβησαν ἄμφω, καὶ ταῖς κεφαλαῖς περιθηκάτην χρυσοῦς ἀστέρας, καὶ νυκτὸς ἤδη 66 προϊούσης ἐπεφάνησαν κατὰ σύμμετρον διάστημα τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἔξω πόλεως μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων πανηγυρίζουσιν. οἱ μὲν δὴ Διοσκούρων ἐπιφάνειαν ἡγηθέντες γεγονέναι, προΐεσαν ἐς μέθην καὶ ἡδονὴν πλείονα· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἵππων καταβάντες, τὰ ξίφη σπασάμενοι, πλείστους καταφονεύσαντες αὐτῶν, καὶ δὴ ἀφιππεύσαντες ᾤχοντο.

ΚΕΦ. ΛΒ.

66 Cant. προσιούσης.

3 Aristomenes Messenius captus a Lacedæmoniis, et in vincula conjectus, ad appositum ignem se ipsum acclinavit, atque combustis vinculis custodes quidem occidebat: clam vero Spartam ingressus, et eorum scuta Chalciœci templo affigens, inscripsit: ARISTOMENES ILLAESUS A LACEDAEMONIIS EVASIT. Hoc patrato, Messenam reversus est.

4 Aristomenes Messenius, cum Lacedæmonii viritim sacrificia Dioscuris persolverent, cum quodam amico, ambo candidos equos conscenderunt, et capitibus aureas stellas addiderunt, atque nocte jam ingruente, medioeri intervallo Lacedæmoniis extra urbem cum uxoribus et liberis festum agentibus apparuerunt. Qui Dioscurorum apparitionem esse rati, liberius vino et voluptati indulserunt. At illi descendentes ex equis, strictis gladiis plurimos interfecerunt, atque sic incitatis equis discesserunt.

CAP. XXXII.

ΚΕΦ. ΛΒ.
ΚΙΝΕΑΣ.

Ὁ περὶ Μαντίνειαν ἀγὼν ἴσος ἦν Θηβαίοις καὶ Μαντινεῦσι· ἔμελλον οἱ Μαντινεῖς ἐπικηρυκεύεσθαι πρὸς Θηβαίους περὶ νεκρῶν ἀναιρέσεως· Κινέας ὁ Ἀθηναῖος, ἐτεθνήκει δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δημήτριος ἐν τῇ μάχῃ, πρὸς τοὺς Μαντινέας ἔφη· μᾶλλον ἂν τὸν ἀδελφὸν ἄταφον περιϊδεῖν, ἢ τοῖς πολεμίοις ἧτταν ὁμολογῆσαι βούλεσθαι· καὶ γάρ τὸν ἀδελφὸν διὰ τοῦτο προθύμως ἀποθανεῖν, ἵνα μὴ σταθείη τρόπαιον κατ' αὐτοῦ καὶ κατὰ τῆς πατρίδος· οἱ Μαντινεῖς, τῆς ἐπικηρυκείας ἀπετράποντο.

ΚΕΦ. ΛΓ.
ΗΓΗΤΟΡΙΔΗΣ.

Θάσον ἐπολιόρκουν Ἀθηναῖοι· νόμον ἐκύρωσαν Θάσιοι· τῷ γράψαντι σπείσασθαι πρὸς Ἀθηναίους θάνατος ἔστω. Ἡγητορίδης Θάσιος, ὁρῶν πολλοὺς πολίτας ἀπολλυμένους μακρῷ πολέμῳ καὶ λιμῷ, βρόχον τῷ τραχήλῳ περιβαλὼν ἐς ἐκκλησίαν εἰσελθὼν, Ἄνδρες, ἔφη, πολῖται, ἐμοὶ μὲν ὡς βούλε-

CAP. XXXII.
CINEAS.

Pugna Mantinenſis æqua fortuna a Thebanis et Mantinenſibus facta erat. Voluerunt Mantinenſes legationem ad Thebanos mittere de ſepeliendis mortuis. Cineas Athenienſis, cujus frater Demetrius occubuerat in prælio, ad Mantinenſes inquit: ſe potius fratrem ſuum expertem ſepulcri relicturum, quam hoſtibus cladem ſuorum profeſſurum eſſe. Etenim fratrem ob eam cauſſam promto animo mortem oppetiviſſe; ne tropæum contra ſe atque patriam ſtatueretur. His auditis, Mantinenſes a mittenda legatione deſtiterunt.

CAP. XXXIII.
HEGETORIDES.

Thaſum oppugnabant Athenienſes. Legem juſſerant Thaſii: Qui rogaverit fœdus cum Athenienſibus faciendum eſſe, mortis reus eſto. Hegetorides Thaſius videns multos cives perire diuturno bello ac fame, laqueum injiciens collo, venit in concionem, et, Viri inquit, cives, me quidem, ut vobis libet, et quemadmodum

βούλεσθε, καὶ ὡς ὑμῖν συμφέρει, χρήσασθε· τοὺς δὲ ὑπολειπομένους πολίτας διασώσατε τῷ ἐμῷ θανάτῳ, λύσαντες τὸν νόμον. Θάσιοι ταῦτα ἀκούσαντες, καὶ τὸν νόμον ἔλυσαν, καὶ τὸν Ἡγητορίδην σῶον ἐφύλαξαν.

ΚΕΦ. ΛΔ.
ΔΕΙΝΙΑΣ.

Δεινίας Τελεσίππου, Φεραῖος, ἐν Κρανῶνι τῆς Θετταλίας διῆγε, θηρεύων ὅσα ἐν λίμναις καὶ ποταμοῖς ὀρνίθια· ἀπὸ τοιούτου βίου προῆλθεν ἐπὶ τυραννίδα διὰ τοιαύτης τῆς τέχνης. οἱ Κρανώνιοι τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως ἀπεμίσθουν· ὁ δὲ Δεινίας ἐμισθώσατο· καὶ μέχρι τριῶν ἐτῶν ἀκριβεστάτην ἐποιεῖτο τὴν φυλακήν, ὡς τε τὰς νύκτας εἶναι τῶν ἡμερῶν ἀσφαλεστέρας τοῖς ἀωρὶ βαδίζουσιν. ἐπαινούμενος ἐπὶ τούτοις, ἀεὶ καὶ πλείονας προσεμισθοῦτο φύλακας, ὡς μᾶλλον εὐδοκιμοίη τὴν φρουρὰν [67] ἰσχυροτέραν ποιούμενος· τῆς δὲ πόλεως τὴν τοῦ σίτου δεκάτην ἀπεμισθούσης, ἀδελφὸν αὐτοῦ νεώτερον ἀτελῆ καθῆκε μισθωσόμενον, ὑπεράρας εἰς πολὺ τὴν πρόσοδον. οὕτω δὴ τὸν ἀδελφὸν δεκατηλόγον τῆς χώρας ἀποδείξας, καὶ πολλοὺς

67 *Cant.* ὀχυροτέραν.

modum vobis prodest, tractate. At reliquos et superstites cives mea morte conservate, legemque antiquate. His auditis Thasii et legem abrogarunt, et Hegetoridem incolumem servarunt.

CAP. XXXIV.
DINIAS.

Dinias Telesippo natus, Pherensis, in urbe Thessaliæ Cranone degens in paludibus et fluviis aviculas aucupio venabatur. Ab ejusmodi vita ascendit ad tyrannidem, talibus machinis. Cranonii custodiam urbis pretio locabant. Dinias eam conditionem accepit, et usque ad triennium summa cura, diligentiaque excubias egit, ut noctes longe securiores essent diebus, his qui intempestive ambularent. Eam ob rem laudatus, plures sibi vigiles conduxit, ut majorem laudem adipisceretur, si custodiam munitiorem efficeret. Cum vero civitas frumentorum decimas mercede locaret, fratrem suum juniorem ab omnibus officiis immunem subornavit, ut eas conduceret, summe extollens et amplificans reditus. Sic, cum fratrem suum decimarum collectorem

πολλὰς νεανίσκους ἀκμάζοντας ἐγχειρίσας αὐτῷ περιπόλους τῶν χωρίων, καὶ συλλογέας τῶν δεκατευομένων καρπῶν, ἑορτῆς οὔσης τῶν καλουμένων 68 ξενίων, ἐν ᾗ πάντες Κρανώνιοι παίζουσιν, ἀναμίξας τοῖς ἐν τῇ πόλει φύλαξιν τοὺς ἀπὸ τῆς πόλεως τελώνας, καὶ νήφοντας ἐπιστήσας οἰνωμένοις, πλείους χιλίων πολίτας ἀποκτείνας, τύραννος Κρανωνίων ἐγένετο.

ΚΕΦ. ΛΕ.

ΝΙΚΩΝ.

Νίκων πειρατὴς ἐκ Φερῶν τῶν ἐν Πελοποννήσῳ συνεχῶς ὁρμώμενος, πολλὰ Μεσσηνίους ἠδίκει· Ἀγήμαχος Μεσσηνίων στρατηγὸς λοχήσας αὐτὸν καὶ ἑλὼν προήγαγεν ἐς ἐκκλησίαν τῶν Μεσσηνίων βασανισθησόμενον· ὁ δὲ ὑπέσχετο παραδώσειν αὐτοῖς τὰς Φερὰς, εἰ σῶον αὐτὸν φυλάξειαν, πεισθέντον Μεσσηνίων, ἀσέληνον νύκτα φυλάξας, τοὺς μὲν πολλοὺς ἐκέλευσεν ἀπὸ βραχέος διαστήματος ἕπεσθαι· ὀλίγους δὲ

68 MSS. Ταινίων.

lectorem in urbe constituisset, et multos ei juvenes florenti ætate præditos tradidisset, qui agros observarent, et colligerent decimatos fructus, cum festum celebraretur, quod Tænia nominatur, in quo omnes Cranonii ludunt, conjungens cum urbis custodiis publicanos ab urbe, et cum sobriis obruens temulentos, amplius mille civibus morte affectis, Cranoniorum tyrannus evasit.

CAP. XXXV.

NICON.

Nicon pirata a Pheris Peloponnesi frequenter eruptione facta, multis injuriis Messenios afflixit. Eum Agemachus Messeniorum dux per insidias captum, produxit in concionem Messeniorum, ut supplicium de ipso sumeretur. At ille promisit, se traditurum eis Pheras, si se incolumem ac salvum relinquerent. Morem gerentibus Messeniis, noctem expertem lunæ observans, jussit multitudinem parvo intervallo sequi; paucos vero secum

δὲ ἀκολεθεῖν αὐτῷ, Φορτία μεγάλα σίτε καλάμης [69] αἰρεμένες. προσελθὼν δὲ τῷ τείχει περὶ δευτέραν Φυλακὴν, ἀνεκάλεσε τὲς Φύλακας, τὸ σύνθημα εἰπών· τῶν δὲ καὶ τὴν Φωνὴν αὐτε καὶ τὸ σύνθημα γνωρισάντων, καὶ ἀνοιξάντων τὰς πύλας, οἱ τὰ Φορτία Φέροντες, ταῦτα ῥίψαντες, τὰ ξίφη σπασάμενοι, τὲς ἐπὶ τῶν πυλῶν ἐφόνευσαν· οἱ δὲ κατόπιν ἑπόμενοι συμπεσόντες, τῆς πόλεως ἐκράτησαν.

ΚΕΦ. Λϛ.

ΔΙΟΙΤΑΣ.

Διοίτας στρατηγὸς Ἀχαιῶν, τὴν Ἡραιέων πόλιν Φανερῶς ἑλεῖν ἐ δυνάμενος, ἀφανῶς εἷλε, Φθείρας μεγάλοις χρήμασι τῶν Ἡραιέων τινάς. οἱ Φοιτῶντες ἐπὶ τὰς πύλας πολλάκις καὶ καθομιλεντες τοῖς πεπιστευμένοις τὰς κλεῖδας τῶν πυλῶν, καὶ σὺν αὐτοῖς πίνοντες, ἔλαθον ἀπομαξάμενοι τὰς βαλανάγρας, καὶ τὰ ἐκμαγεῖα τῷ Διοίτᾳ διέπεμψαν. ὁ δὲ παραπλησίας καὶ ἴσας κλεῖδας ταῖς δημοσίαις κατασκευάσας, ἀντέπεμψεν αὐτοῖς, νύκτα συνθεμένοις, καθ' ἣν

69 Cant. ἀραμένες. Fl. ἀρομένες. legendum αἰρομένες ut in margine notarat Casaubonus. *Masv.*

secum ire, et ingentia stipularum onera portare. Accedens autem ad murum secunda vigilia, vocavit custodes, prodito signo. Quibus tum vocem ejus, tum signum agnoscentibus, et portas aperientibus, qui portabant onera, his abjectis et strictis ensibus, portarum vigiles trucidabant. Qui sequebantur, facto impetu, urbem occuparunt.

CAP. XXXVI.

DIOETAS.

Dioetas Achivorum dux cum Heraeensium urbem aperta vi capere non posset, occulte cepit, quibusdam Hereaensium grandi pecunia corruptis: qui saepe venientes ad portas, cum his quibus portarum claves erant commissae, sermones conferebant, atque compotantes clam expresserunt claves, et effigiem Dioetae miserunt. Qui similes et aequales claves publicis comparans, misit ad eos, ut noctem constituerent, qua portas aperire vellent.

ἣν οἱ μὲν ἀνέῳξαν τὰς πύλας, ὁ δὲ Διοίτας μετ' ὀλίγων στρατιωτῶν εἰσῆλθεν. ἓν μέν τοι στρατήγημα τὸ τῶν βαλαναγρῶν παρέσχεν αὐτοῖς τὴν εἴσοδον· ἑτέρῳ δὲ εἰσελθὼν ἐχρήσατο· ἐπειδὴ γὰρ οἱ Ἡραιεῖς τοῦ γενομένου συνέντες ἐξεπήδησαν, πολλοί τε ὄντες καὶ τῶν τῆς πόλεως τόπων ἔμπειροι. φοβηθεὶς αὐτοὺς Διοίτας τοὺς σαλπιγκτὰς ἐκέλευσε κατὰ πολλὰ μέρη τῆς πόλεως διαστάντας τὸ πολεμικὸν σημαίνειν. οἱ δὲ Ἡραιεῖς πολλαχόθεν πολλῶν σαλπίγγων ἀκούοντες περιηχούμενοι, πάντα μεστὰ πολεμίων εἶναι νομίσαντες, ἐξέλιπον τὴν πόλιν, καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπρεσβεύσαντο πρὸς Διοίταν, ἱκετεύοντες ἀπολαβεῖν τὴν πατρίδα, ὡς εἰσαῦθις ὑπήκοοι γενησόμενοι τοῖς Ἀχαιοῖς.

ΚΕΦ. ΛΖ.

ΤΙΣΑΜΕΝΟΣ.

Τισαμενὸς ἄγων τὸ στρατόπεδον, ὄρνεις πολλοὺς ἰδὼν ὑπὲρ τὸν τόπον περιπετομένους, οὐ μὴν ἐπὶ τῆς γῆς ἱζάνοντας, συνῆκεν ὡς δεδιότες ἀνθρώπους ἐγκαθημένους ἱζάνειν ὀκνοῖεν· καὶ τὸ χωρίον ἐρευνησάμενος, τοῖς ἐγκαθημένοις ἐπιθέμενος, κατέκοψε τοὺς λοχῶντας Ἴωνας.

ΚΕΦ. ΛΗ.

vellent. Dicetas cum paucis militibus intravit, clavium ſtrategemate patefaciens ipſis introitum. Ingreſſus vero, uſus eſt alio. Poſtquam enim Heræenſes re intellecta proſilierunt magno numero, locorum urbis periti, metuens eos Dicetas, tubicines in multis urbis partibus juſſit diſtantes claſſicum canere. Heræenſes ex omnibus locis multas tubas audientes, cum circumſonarentur, omnia plena hoſtibus exiſtimantes, urbem deſeruerunt. Et interdiu legationem ad Dicetam miſerunt, ſupplicantes, ut ſibi patriam recipere liceret: ſe in poſterum Achivorum imperata factuſos.

CAP. XXXVII.

TESAMENUS.

Teſamenus exercitum ducens, cum vidiſſet multas aves ſupra eum locum volitare, non autem in terra conſidere, intellexit eas hominum ibi latentium metu, non conſidere: et locum perſcrutatus, aggreſſusque Iones poſitos in inſidiis interfecit.

CAP. XXXVIII.

ΚΕΦ. ΛΗ.

ΟΝΟΜΑΡΧΟΣ.

Ὀνόμαρχος Φωκεὺς, πολιορκουμένης Ἐλατείας ὑπὸ τῶν Βοιωτῶν, τὴν δύναμιν ἐξαγαγὼν, τὰς πύλας [70] ἀνοικοδομήσας, τέκνα μὲν καὶ γυναῖκας, καὶ μητέρας ἔστησεν ἐφεξῆς, καὶ πατέρας· πρὸ δὲ τούτων τοὺς ὁπλίτας ἔταξε. Πελοπίδας συνεὶς τὴν παρασκευὴν τῆς ἀπονοίας, ὡς ἀποθνήσκειν ἢ κρατεῖν προθυμοῖντο, μὴ συνάψας μάχην ἀνεχώρησεν.

β' Ὀνόμαρχος Μακεδόσι παραταττόμενος, ὄρος μηνοειδὲς κατὰ νώτου λαβὼν, κὰν ταῖς ἑκατέρωθεν κορυφαῖς ἐγκατακρύψας πέτρους, καὶ πετροβόλους, προῆγε τὴν δύναμιν ἐς τὸ ὑποκείμενον πεδίον. ὡς δὲ οἱ Μακεδόνες ἀντιπίπτοντες ἠκροβολίσαντο, οἱ Φωκεῖς προσεποιήσαντο φεύγειν ἐς τὰ μέσα τοῦ ὄρους. οἱ μὲν δὴ Μακεδόνες θυμῷ καὶ ῥώμῃ διώκοντες ἐπέκειντο· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν κορυφῶν τοὺς πέτρους [71] ἐμβάλλοντες συνέτριβον τὴν Μακεδονικὴν φάλαγγα.

70 Melius conveniret ἀποικοδομήσας *dirutis portis*. Aliud verbum in codice suo legit Interpres. 71 MSS. βάλλοντες.

CAP. XXXVIII.

ONOMARCHUS.

Onomarchus Phocensis, cum Elatia a Bœotis oppugnaretur, educto exercitu et portis clausis, liberos et uxores et matres atque patres ordine constituit. Ante hos autem, armatos collocavit. Pelopidas cum apparatum desperationis cognovisset, eos aut mortem obire, aut victoriam auferre velle, non commisso prelio discessit.

2 Onomarchus cum aciem adversus Macedones instrueret, montem obliquum post tergum occupans, et in cacuminibus utrinque abscondens saxa, saxorumque jaculatores, produxit exercitum in subjectam planitiem. Cum Macedones impetentes jacularentur, Phocenses, simulata fuga, ad medium montem se recipiunt. Macedones incitati furore ac robore insequebantur. At illi de jugis saxa dejicientes, phalangem Macedonicam conte-

γα. τότε δὴ Ὀνόμαρχος ἐσήμαινεν τοῖς Φοκεῦσιν ἐπιστρέφειν, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐμβάλλειν. οἱ μὲν δὲ Μακεδόνες τῶν μὲν ὄπισθεν ἐμβαλλόντον, τῶν δὲ ἄνωθεν τοὺς πέτρους βαλλόντων, σὺν πολλῷ πόνῳ φυγόντες ἀνεχώρησαν· ἐν αὐτῇ τῇ φυγῇ τὸν βασιλέα τῶν Μακεδόνων Φίλιππον φασὶν εἰπεῖν, οὐκ ἔφυγον, ἀλλ᾽ ἀνεχώρησα ὥς περ οἱ κριοί, ἵν᾽ αὖθις ποιήσωμαι σφοδροτέραν τὴν ἐμβολήν.

Τέλος τοῦ β΄ βιβλίου τῶν Πολυαίνου Στρατηγημάτων.

conterebant. Tum Onomarchus Phocensibus signum dat ut revertantur, et in hostes incursionem facerent. At Macedones posterioribus in se irruentibus, superioribus lapides projicientibus, magno negotio vix fugientes discesserunt. In ipsa fuga regem Macedonum Philippum dixisse ferunt: Non fugi, sed recessi, quemadmodum arietes, ut secundo vehementiorem impressionem facerem.

Τάδε

Τάδε ἔνεσιν ἐν τῷ τρίτῳ τῶν

ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ

ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ.

HAEC INSUNT IN TERTIO LIBRO

POLYAENI

STRATEGEMATUM.

Τέλος τοῦ πίνακος τοῦ γ' βιβλίου.

ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ
ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΩΝ.
βιβλίον τρίτον.
ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Καὶ τόδε ὑμῖν τρίτον βιβλίον, ἱερώτατοι βασιλεῖς, Ἀντωνῖνε, καὶ Οὐῆρε προσφέρω τῶν Στρατηγημάτων· ἀφ' ὧν οὐ πολεμοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν εἰρήνην ἄγουσιν, ὠφελιμώτατον ἂν χρῆμα γένοιτο ἡ στρατηγικὴ σοφία, καὶ τέχνη. ἅπασι μὲν γὰρ τοῖς ἄρχουσι τῆς πολιτικῆς δεῖ στρατηγίας καὶ προμηθείας. ᾗ τὰς πόλεις ἐς τὸ πράσσειν ἃ χρὴ ὑπάξονται. ὑμεῖς δὲ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντες, καὶ τῶν ὅλων προεστηκότες, ἀεὶ μετὰ στρατηγικῆς ἐπιστήμης βουλεύεσθε τὰ συμφέροντα τοῖς ἀρχομένοις· ὥστε ἐν μὲν εἰρήνῃ, καὶ ἐγγυμνάζειν τὴν γνώμην τοῖς στρατηγικοῖς ἐνθυμήμασιν· ἐν δὲ πολέμῳ, τί καὶ χρὴ γράφειν; πρόδηλον γάρ.

Τέλος τοῦ προοιμίου.

ΚΕΦ. Α.

POLYAENI
STRATEGEMATUM
LIBER TERTIUS.
PROOEMIUM.

Etiam hunc librum Strategematum, ſanctiſſimi Imperatores Antonine et Vere, dedico vobis: ex quibus non ſolum bella gerentibus, verum etiam pacem agentibus, maxima utilitas naſcitur militaris ars et induſtria. Omnes etenim Rerumpublicarum gubernatores decet rei militaris ſcientia et prudentia, qua civitates ad officium faciendum impellant. Vos autem imperatoriam poteſtatem tenentes, et ſummæ rerum præſidentes, ſemper militari quadam ſcientia de ſubjectorum utilitate conſilia capitis, ut etiam tempore pacis animum in militaribus cogitationibus exerceatis. In bello vero quid opus eſt ſcribere? nam manifeſtum eſt.

CAP. I.

ΚΕΦ. Α.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ.

Δημοσθένης Πύλου Λακωνικῆς φρουρὰν ἐχούσης, ἔπλευσεν ἐπὶ τὴν Ἄκραν. οἱ Λάκωνες τὴν Πύλον ἐκλιπόντες, ἐπὶ τὴν Ἄκραν ἴεσαν, ὡς ἀποβησόμενον εὑρόντες ἂν ἤδη, τῆς ὁδοῦ [1] μακρὰν οὔσης. ἤδη μὲν ἐπέλαζον οἱ πολέμιοι τῇ Ἄκρᾳ. Δημοσθένης δ' [2] ἐπιστρέψας ἐπὶ τὴν πόλιν κατέσχε τὴν Πύλον ἀνδρῶν κενήν.

β' Δημοσθένης Ἀκαρνάνων καὶ Ἀμφιλόχων στρατηγῶν, ἀντικρὺ Πελοποννησίων ἐστρατοπέδευε, χαράδρας μεγάλης διειργούσης. ὁρῶν δὲ πολλῷ πλείονας τοὺς πολεμίους, καὶ τὸ στρατόπεδον ὑπερφαλαγγούμενον, ἐς τὸ κοῖλον καὶ λοχῶδες ἐνελόχησεν ὁπλίτας, καὶ [3] φίλους τριακοσίους· ὅπως ἐπειδὰν ὑπερφαλαγγήσωσιν οἱ ἐναντίοι κατὰ τὸ ὑπερβάλλον αὐτῶν, ἐξαναστάντες κατὰ νώτου γένοιντο. οἱ μὲν ὑπερεφαλάγγησαν· οἱ δὲ ἐξόπισθεν ἐπανέστησαν· καὶ ἄφνω προσπεσόντες, οὐ σὺν πολλῷ πόνῳ τὴν μάχην ἐνίκησαν.

ΚΕΦ. Β.

1 Deeſt negatio et legendum οὐ μακρὰν οὔσης. *Caſ.*
2 Mſſ. *ἀποστρέψας iter deflectens.* 3 *ψιλοὺς conject. Caſ.*

CAP. I.

DEMOSTHENES.

Demoſthenes Pylo Laconica civitate præſidium habente, navigavit ad Acram. Lacones Pylo relicta, Acram contenderunt, ſperantes ſe jam egredientem deprehenſuros, cum via longa eſſet. Jam appropinquabant hoſtes Acræ, cum Demoſthenes reverſus, Pylum inanem virorum obtinuit.

2 Demoſthenes Acarnanos et Amphilochos ducens, exadverſus Peloponneſios caſtra locabat, magno torrente interpoſito. Videns autem longe plures hoſtes eſſe, et exercitum includi poſſe, in cavum et inſidiis aptum locum abſcondit armatos, et ſocios trecentos, ut ſi includerent hoſtes exercitum numero, conſurgentes ipſi a tergo adorirentur. Hoſtes incluſerunt phalangem. Illi vero conſurgentes, et repentino tumultu hoſtes invadentes, parvo negotio atque labore pugnam vicerunt.

ΚΕΦ. Β.
ΠΑΧΗΣ.

Πάχης Νότιον πολιορκῶν Ἱππίαν ϛρατηγὸν Πισσέθνȣ κοινολογησόμενον προελθεῖν ἔξω τȣ͂ τείχȣς ἠξίωσε· συνθέμενος ἀβλαβῆ ϗ ζῶντα ἀποπέμψειν. ἐπεὶ δὲ προῆλθε φυλακὴν αὐτῷ περιϛήσας τὸ Νότιον κατὰ κράτος ἐξεῖλε. ϗ τότε Ἱππίαν ἐς τὴν πόλιν ζῶντα εἰσήγαγεν, ὡς ἐσπείσατο, ϗ μετὰ τȣ͂το κατηκόντισεν.

ΚΕΦ. Γ.
ΤΟΛΜΙΔΗΣ.

Τολμίδης Ἀθηναίων ψηφισαμένων αὐτῷ δοθῆναι κατάλογον ἀνδρῶν χιλίων· ἑκάϛῳ προσιὼν τῶν νεῶν, ἔφασκεν ὡς μέλλοι καταλέγειν αὐτόν· εἴη δὲ ἄμεινον [4] ἕκαϛον [5] ὀρτεύεσθαι. τρισχίλιοι μὲν ἀπεγράψαντο ἑκόντες· οἱ λοιποὶ δὲ ȣ̓κ ἐπείθοντο. Τολμίδης ἐκ τῶν [6] πειθομένων κατέλεξε τȣ̀ς χιλίȣς, ϗ πεντήκοντα τριήρεις ἐπλήρωσεν, ἀντὶ χιλίοις, [7] πεντακοσίοις ἀνδράσι.

ΚΕΦ. Δ.

4 ἑκόντα conject. *Caf.* 5 ϛρατεύεσθαι. Cant. 6 Inserendum μὴ ante πειθομένων. *Masv.* 7 Legendum τετρακισχιλίοις ut patet ex Diodori Lib. XI. *Masv.*

CAP. II.
PACHES.

Paches Notium oppugnans, Hippiam ducem Pisuthnæ postulavit, ut e munitione ad colloquium exiret: fide data, se illæsum et vivum eum remissurum. Postquam vero processit, custodia penes illum relicta, Notium vi cepit: atque tum Hippiam vivum in urbem induxit, quemadmodum in fœdere promiserat, et postea jaculo peremit.

CAP. III.
TOLMIDES.

Tolmides, Athenienſibus ſibi mille virorum delectum decernentibus, ſingulos juvenes accedens, dixit, ſe illos delecturum. Utile autem eſſe, ſingulos inſpicere. Ter mille ultro nomina dederunt. Reliqui non obedierunt. Tolmides ex his qui obediebant, delegit illos mille et quinquaginta triremes implevit pro mille quingentis viris.

CAP. IV.

ΚΕΦ. Δ.

ΦΟΡΜΙΩΝ.

Φορμίων ἀποβὰς ἐς τὴν Χαλκιδέων ἁρπάσας οὐκ ὀλίγα τῶν ἐκ τῆς χώρας Κύρῳ προσέσχε. Χαλκιδεῖς ἐπρεσβεύσαντο ἀπαιτοῦντες· ὁ δὲ κρύφα καθῆκεν ὑπηρετικὸν ὡς Ἀθήναθεν ἥκον τοῦ δήμου καλοῦντος αὐτὸν ἐς Πειραιᾶ διὰ τάχους. τοῖς μὲν πρεσβευταῖς ἀπέδωκεν ὅσα ἔτυχον ἀπαιτοῦντες· αὐτὸς δὲ ἀναχθεὶς ὑπὸ νησίον ὡρμίσατο τὴν νύκτα. οἱ Χαλκιδεῖς, καὶ τῷ κομίσασθαι τὰ ἴδια, καὶ τῷ νομίσαι τὸν Φορμίωνα Ἀθήναζε πεπλευκέναι, ἀφυλάκτως καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας εἶχον· ὁ δὲ ἀφυλάκτοις ἐπελθὼν, ὀλίγου μὲν καὶ τὴν πόλιν κατέσχεν. ὅση δὲ ἦν λεία κατὰ τὴν χώραν, ἅπασαν ἐξήγαγεν.

β′ Φορμίων τριάκοντα ναῦς ἔχων, πρὸς πεντήκοντα ναῦς πολεμίων ἀναχθεὶς. ἔταξε τὰς ἰδίας ἀνὰ πέντε· καὶ παρὰ τὴν τάξιν τῶν ἐναντίων αὐτὰς ἐκείνας προσῆγεν, ὀρθίοις τάγμασι. τῶν δὲ ἐναντίων διὰ τὴν πολλὴν προθυμίαν ταχέως διασπαρεισῶν, καὶ τῶν ταχίστων τριήρων πολὺ τὰς ἄλλας ἐν τῇ διώξει καταλειπουσῶν, συνιδὼν τὴν ἀταξίαν

CAP. IV.

PHORMION.

Phormion egreſſus in Chalcidenſium terram, non paucis ex regione direptis, ad Cyrum appulit. Chalcidenſes legationem res repetitum miſerunt. Ille furtim navem expeditam emiſit, quaſi Athenis venientem, et populus ipſum arceſſeret in Piræeum quam celerrime. Legatis reddidit quæ repetiverant: Ipſe vero ſolvens ad parvam quandam inſulam noctu applicuit. Chalcidenſes, et quoniam ſuas res portabant, et quia Phormionem Athenas navigaſſe credebant, neque civitatis neque regionis cuſtodiam agebant. At ille improviſos et incuſtoditos obruens, parum abfuit, quin civitatem etiam ipſam caperet. Omnem vèro prædam, quæ fuit in regione, abduxit.

2 Phormion cum navibus triginta ſolvens adverſus hoſtium naves quinquaginta, ſuas in quinarios ordines diſpoſuit, et in aciem adverſariorum ipſas illas rectis ordinibus duxit. Adverſariis vero ob nimiam alacritatem diſperſis, ac velociſſimis triremibus, cum hoſtes inſtarent, a longo ceteras

ἀταξίαν αὐτῶν Φορμίων, ἐπιςρέψας, τὴν ἑαυτȣ̃ πεντανάιαν, ἐνέβαλε ταῖς γενομέναις πλησίον αὐτȣ̃ τριήρεσι· καὶ ταύτας καταδύσας, ἐπὶ τὰς ἄλλας ἐπέπλει. καὶ τῶν ἄλλων τριηράρχων ταυτὰ πράσσειν πειρωμένων, φυγὴ τῶν πολεμίων ἐγένετο· οἱ δὲ περὶ Φορμίωνα διώκοντες, πλείςας αὐτῶν καταδύσαντες, τὴν νίκην ἀνείλοντο.

γ′ Φορμίων περὶ Ναύπακτον ἐν τῇ παράλῳ πλέων, ὑπὸ δύο τριήρων ἐδιώκετο· ὁρμȣ́σης δὲ ἐπὶ σάλȣ νηὸς ὁλκάδος, ἤδη καταλαμβανόμενος, περὶ ταύτην ἔκαμψε, καὶ τῇ βραδυτέρᾳ τῶν τριήρων κατὰ πρύμναν ἐνσείσας, κατέδυσε· καὶ διὰ τάχȣς ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἐπιςρέψας, εὐκόλως καὶ ταύτην διέφθειρεν.

ΚΕΦ. Ε.

ΚΛΕΙΣΘΕΝΗΣ.

Κλεισθένης Κίῤῥαν ἐπολιόρκει. [8] μάντευμα ἦν, Κιῤῥαίαν ἀνάλωτον ἔσεσθαι τὴν πόλιν, ἕως ἂν ψαύσῃ τῆς ἱερᾶς γῆς ἡ θάλασσα. οἱ μὲν Κιῤῥαῖοι κατεφρόνȣν πλεῖςον ἀπέχοντες θαλάττης. ἡ δὲ Κίῤῥα τῆς ἱερᾶς γῆς ἔψαυε καθη-

8 Mſſ. μάντευμα ἦν Κιῤῥαίοις, ἀνάλωτον.

ras relinquentibus, Phormion intellecta confuſione ipſarum, convertens ſuam pentanaiam, in appropinquantes ſibi triremes impetum fecit: atque his ſubmerſis, adverſus alias navigavit. Et cæteris triremium præfectis hæc eadem facientibus, hoſtiles in fugam ſe dederunt. Quas Phormion cum ſuis perſecutus, maxima parte ſubmerſa, victoriam adeptus eſt.

3 Phormionem circa Naupactum in paralo navigantem, duæ triremes perſequebantur. Stante autem in ſtatione navi oneraria, jam interceptus circa hanc ſe flexit, et in tardioris triremis puppim impetu facto, eam ſubmerſit, atque confeſtim ad alteram converſus, ſine negotio etiam illam perdidit.

CAP. V.

CLISTHENES.

μεν τὴν κόρην. ὁ πατὴρ ἀντέλεγεν. ὁ τύραννος τοὺς υἱοὺς τοῦ Κριθῶνος ἀποσπάσας ἐν ὄψει τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς, παρέβαλεν θηρίοις πεινῶσι. τὴν δὲ κόρην ἀποσπάσας, ἐπετέλει πρὸς γάμον. Θεμιστὼ διὰ τὴν ἀνάγκην ὑποκριναμένη, ξίφος εἰσεκόμισε ὑπὸ τῷ χιτωνίσκῳ, καὶ τὸν νυμφίον καθεύδοντα ἐν τῷ θαλάμῳ [52] παρακλίνασα, τὸν τράχηλον εὐκόλως ἀπέσφαξεν, ὡς μηδὲ φωνὴν τοῦ φονευομένου γενέσθαι. [53] ταῦτα δὲ πάντα νύκτωρ λαθοῦσα, πάλιν ἐπὶ θάλασσαν κατελθοῦσα, ἀκάτιον εὑροῦσα, πνεύματος ἐπιτυχοῦσα, τὸ ἀπόγειον ἑλκύσασα, μόνη ἀναχθεῖσα κατέπλευσεν ἐς Ἑλίκην, πόλιν τῆς Ἀχαΐας, ἔνθα Ποσειδῶνος ἱερὸν ἅγιον ἦν. τούτῳ προσέφυγεν ἱκέτις. Φρικόδημος τὸν ἕτερον τῶν υἱῶν ἀδελφὸν τοῦ φονευθέντος Ἡράκοντα ἔπεμψεν, ἐξαιτήσοντα παρὰ τῶν Ἑλικαίων τὴν κόρην. οἱ μὲν δὴ ἐξέδωκαν· ἐπεὶ δὲ ἀνήχθησαν, χειμὼν μέγας ἐξέωσε τὸ σκάφος ἐπὶ τὸ Ῥίον τῆς Ἀχαΐας· οὗ προσορμισαμένοις ἐπεφάνησαν ἡμιολίαι δύο Ἀκαρνάνων ἔχθρως πρὸς τὸν τύραννον ἐχόντων, οἱ τὸ σκάφος ἐξαψάμενοι, κατῆγον ἐς Ἀκαρνανίαν. τὸ πλῆθος τῶν Ἀκαρνάνων μαθόντες τὰ πεπραγμέ-

52 *Vulg.* κατακλίνασα. conject. *Casaub.*

53 ταῦτα δὲ πάντα πράξασα.

in matrimonium virginem. Pater contradicebat. Tyrannus filios Crithonis abstractos, in conspectu patris ac matris feris esurientibus abjecit: virgineque abrepta, nuptias perfecit. Themisto necessitate compulsa, dissimulans, ensem sub tunica importavit, et sponsum dormientem in thalamo, juxta quem cubabat, collum ejus petens, facile interemit, ut ne vox quidem occisi audiretur. His omnibus per noctem clam patratis, ad mare progressa, actuariam navem invenit: ventumque nacta, eam a terra abstraxit, et sola solvens navigavit Helicen, quandam Achajæ civitatem, in qua sacrum erat Neptuni templum: in illud supplex confugit. Phricodemus alterum filium, occisi fratrem, Heracontem misit, ut ab Helicensibus puellam reposceret. Qui eam tradiderunt. Cum autem solvissent, ingens coorta tempestas navigium depulit ad Rhium Achajæ: ubi appellentibus supervenerunt biremes duæ Acarnanum summas inimicitias contra tyrannum exercentium: qui assecuti navem deduxerunt in Acarnaniam. Vulgus Acarnanum, re cognita,

πραγμένα, οἰκτείρουσι τὴν κόρην, καὶ τὸν Ἡράκοντα καταδήσαντες, αὐτῇ παρέδωκαν· ὁ τύραννος πρεσβεύεται ὑπὲρ τοῦ παιδὸς πρὸς αὐτήν· ἡ δὲ εἰ τοὺς γονέας ἀπολάβοι, τότε τὸν υἱὸν ἀποδώσειν ἐπηγγείλατο. Φρικόδημος πιστεύσας, ἐξέπεμψεν αὐτῇ τοὺς γονεῖς. οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες οὐδὲν ἔλαττον τὸν Ἡράκοντα αἰκισάμενοι πικρῶς ἀπέκτειναν. τὸν δὲ Φρικόδημον οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας οἱ πολῖται διέφθειραν· οἱ δὲ τὴν Ἑλίκην οἰκοῦντες, οὐκ εἰς μακρὰν κατεπόθησαν αὐτοί τε καὶ ἡ πόλις, τῆς μὲν γῆς σεισθείσης, τοῦ δὲ πελάγους ἐπικλύσαντος. ἔδοξε τὸ μήνιμα γενέσθαι τοῦ Ποσειδῶνος, ὅτι 54 τὴν ἱκέτειαν αὐτοῦ παρθένον τοῖς πολεμίοις ἐξέδωκαν.

ΚΕΦ. ΜΖ.

ΦΕΡΕΤΙΜΑ.

Ἀρκεσίλαος Βάττου τοῦ Κυρηναίου βασιλέως καταστασιασθεὶς ὑπὸ τοῦ πλήθους, ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς. ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ Φερετίμα πρὸς Εὐέλθοντα βασιλέα Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ πλεύσασα, ἱκέτευσεν, αἰτουμένη συμμαχίαν. ὁ μὲν

54 τὴν ἱκέτιν. conject *Casaub.*

gnita, misericordia puellæ commotum vinctum Heracontem ejus potestati permisit. Tyrannus legationem ad eam pro filio mittit. Illa se, si parentes receperit, filium reddituram recepit. Phricodemus his promissis credens, transmisit ei parentes. At Acarnanes Heracontem nihilo minus acerbissimis verberibus confectum occiderunt. Phricodemo post non multos dies sui cives mortem attulerunt. Qui vero Helicen incolebant, non longe post demersi sunt tum ipsi, tum eorum civitas, facto terræ motu, pelagoque procellis exundante. Visumque est hoc Neptuni indignatione accidisse, quod sibi supplicem virginem hostibus tradidissent.

CAP. XLVII.

PHERETIMA.

Arcesilaus Batti Cyrenensium regis filius, per seditionem exactus a multitudine, imperio privatus est. Mater ejus Pheretima, ad Euelthontem regem Salaminis, quæ est in Cypro, adnavigans, suppliciter rogabat, ut auxilium

μὲν Κύπριος τῆς ἱκεσίας ἠμέλησεν. ἐν δὲ τῷ τέως Ἀρκεσίλαος Ἑλλήνων συμμάχων εὐπορήσας κατελθὼν, τὴν ἀρχὴν ἀναλαβὼν, πικρῶς τιμωρούμενος τοὺς λελυπηκότας ὑπὸ τῶν ὁμόρων βαρβάρων ἀνῃρέθη. Φερετίμα πρὸς τὸ δεινὸν οὐκ ἀπηγόρευσεν· ἀλλὰ ὡς τὸν Αἰγύπτου Σατράπην Ἀρυάνδην καταφυγοῦσα, καὶ τινὰς εὐεργεσίας ἐς Καμβύσην προβαλλομένη, πολλὴν δύναμιν πεζικὴν καὶ ναυτικὴν συλλαβοῦσα, προσβαλοῦσα τοῖς Κυρηναίοις ἀνυπόστατος ἐγένετο. ὥς τε καὶ δίκας ὑπὲρ τοῦ παιδὸς λαβεῖν, καὶ τῷ γένει τὴν ἀρχὴν ἀπολαβεῖν.

ΚΕΦ. ΜΗ.

ΑΞΙΟΘΕΑ.

Ἀξιοθέα Νικοκλέους γυνὴ Κυπρίων βασιλέως, πολλῶν ἡκόντων παρὰ Πτολεμαίου βασιλέως Αἰγύπτου καταλυσόντων τὴν ἀρχήν· ἐπειδὴ Νικοκλῆς μὲν αὐτὸν ἀνεκρέμασεν· οἱ δὲ ἀδελφοὶ αὐτοῦ σφᾶς αὐτοὺς κατέσφαξαν, αὕτη τὰς τῶν τετελευτηκότων ἀρετὰς ἐζήλωσε. καὶ τάς τε ἀδελφὰς αὐτῶν, καὶ μητέρας, καὶ γυναῖκας συγκαλέσασα, ἔπεισε μηδὲν

lium ferret. Cyprius supplicationem ac preces neglexit. Ad extremum Arcesilaus in Græcorum exercitu militans, magnas opes nactus, rediens, imperium recuperavit: cumque acerbissimis suppliciis inimicos suos puniret, a finitimis barbaris interfectus est. Pheretima in tantis calamitatibus animum non abjecit, sed ad Ægypti principem Aryandem confugiens, et quædam sua in Cambysem merita commemorans, magnis copiis terrestribus ac navalibus coactis, intolerabilem se Cyrenensibus præbuit: sic ut etiam filii mortem persequeretur, et generi imperium restitueret.

CAP. XLVIII.

AXIOTHEA.

Axiothea Nicoclis Cypriorum regis uxor, magna multitudine militum veniente a Ptolemæo Ægypti rege, ad disturbandum regnum, cum Nicocles vitam laqueo finiisset: fratresque ejus sibi ipsis mortem consciviſſent, ipsa mortuorum virtutes æmulata est: sororesque eorum ac matres, uxoresque convocavit, et iis persuasit, ne

μηδὲν ἀνάξιον ὑπομεῖναι τοῦ γένους· αἱ δὲ πεισθεῖσαι, συνέκλεισαν μὲν ἀσφαλῶς τῆς γυναικωνίτιδος τὰς θύρας· ἀναδραμοῦσαι δὲ ἐπὶ τὰ στέγη, τοῦ πλήθους τῶν πολιτῶν συνδεδραμηκότος· τὰ μὲν τέκνα φερόμενα ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀπέσφαξαν, πῦρ δὲ ἐνεῖσαι τοῖς ὀρόφοις, αἱ μὲν τοῖς ξίφεσιν αὐτὰς διεχρήσαντο, αἱ δὲ εὐθαρσῶς τῇ φλογὶ προστρέχουσαι διεφθείροντο. Ἀξιοθέα δὲ στρατηγὸς ἦν ἐν τοῖς δεινοῖς ἀρίστη· ὅτε γὰρ εἶδεν εὐγενῶς ἁπάσας κειμένας, τότε καὶ αὐτὴ τὸ ξίφος καθεῖσα διὰ τῆς σφαγῆς, αὐτὴν ἔρριψεν εἰς τὴν φλόγα· ἵνα μηδὲ νεκροῦ σώματος οἱ πολέμιοι κρατήσωσιν.

ΚΕΦ. ΜΘ.

ΑΡΧΙΔΑΜΙΣ.

Πύρρος Ἠπειρώτης ἐστράτευσεν ἐπὶ Λακεδαίμονα· μάχης ἰσχυρᾶς πρὸ τῆς πόλεως γενομένης, ἀναχωρήσαντες οἱ Λάκωνες ἐβουλεύσαντο, παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας ἐς Κρήτην ὑπεκθέσθαι· αὐτοὶ δὲ κινδυνεύειν μέχρι νίκης ἢ θανάτου. Ἀρχίδαμις Κλεάδα βασιλέως θυγάτηρ ἀντεῖπε τῇ γνώμῃ, καὶ καλὸν ταῖς Λακαίναις μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἀποθανεῖν,

ne quid indignum genere committerent. Quæ persuasæ fortiter januas muliebris aulæ concluserunt: recurrentesque ad tecta, multitudine civium confluente, liberos, quos in ulnis ferebant, interfecerunt, et igne tectis injecto, aliæ gladiis semetipsas occiderunt, aliæ confidenter in flammam insilientes perierunt. Axiothea vero ducem se in periculis optimam præstabat. Cum enim videret omnes egregie jacere, tum etiam ipsa gladio jugulum feriens se in flammam conjecit, ut ne mortuo quidem corpore hostes potirentur.

CAP. XLIX.

ARCHIDAMIS.

Pyrrhus Epirota bellum Lacedæmoni inferebat. Acri prælio pro urbe commisso, discedentes Lacedæmonii, consilium iniverunt, ut liberos atque conjuges in Cretam exponerent: ipsi vero periculum tantisper subirent, donec aut victoriam assequerentur, aut vitam amitterent. Archidamis Cleandri regis filia hoc consilium improbavit, inquiens pulchrum esse Lacænis, cum viris

θανεῖν, ἢ ζῆν μετ' αὐτῶν. καὶ δὴ πρὸς αὐτὰς ἐνείμαντο τὰ ἔργα τοῦ πολέμου· ἐτάφρευον, ὤρυττον, ὅπλα προσέφερον, δόρατα ἔθηγον, τοὺς τιτρωσκομένους ἐθεράπευον. ὥς τε καὶ οἱ Λάκωνες εὐτολμότεροι πρὸς τὸν ἀγῶνα ἐγένοντο, τὴν ἀνδρίαν τῶν γυναικῶν ὁρῶντες, καὶ τὸν Πύῤῥον ἀπεκρούσαντο.

ΚΕΦ. Ν.
ΛΑΟΔΙΚΗ.

Ἀντίοχος ὁ προσαγορευθεὶς Θεὸς, ἔγημε Λαοδίκην ὁμοπατρίαν ἀδελφὴν, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖς ἐγένετο Σέλευκος. δευτέραν ἔγημε Βερονίκην Πτολεμαίου βασιλέως θυγατέρα, ἐξ ἧς ἀπολιπὼν παῖδα νήπιον ἐτελεύτησε, διάδοχον τῆς ἀρχῆς ἀποδείξας Σέλευκον. Λαοδίκη τὸν ἐκ τῆς Βερονίκης ὑποτρεφόμενον ἀναιρεθῆναι διεπράξατο. Βερονίκη προῆλθεν ἐς τὸ πλῆθος ἱκέτις, ἔλεον καὶ βοήθειαν παρὰ τῶν ἀρχομένων αἰτουμένη· οἱ δὲ τὸν παῖδα πεφονευκότες, ἕτερον ἐπιεικῶς ὅμοιον προήγαγον ἐς τὸ πλῆθος, ὡς αὐτὸν ἐκεῖνον ὄντα, περιστήσαντες αὐτῷ τὴν βασιλικὴν δορυφορίαν· τῇ δὲ Βερονίκῃ φυλακὴν μισθοφόρων Γαλατῶν ἐπέστησαν, καὶ τόπον

viris una mortem oppetere, aut ſimul cum eis vivere. Itaque opera bellica inter ſe partiebantur: foſſas ducebant, fodiebant, arma adferebant, haſtas acuebant, vulneratos curabant. Qua re factum eſt, ut Lacones ad certamen audaciores evaderent, mulierum virtutem conſpicati, Pyrrhumque repellerent.

CAP. L.
LAODICE.

Antiochus, qui Deus appellabatur, Laodicen eodem patre genitam ſororem uxorem duxit, ex qua natus eſt ei filius Seleucus. Secundam duxit Berenicen Ptolemæi regis filiam, ex qua relinquens filium infantem mortuum obiit, ſucceſſoremque regni Seleucum deſignavit. Laodice operam dabat, ut is qui ex Berenice genitus fuerat, circumventus per dolum e medio tolleretur. Berenice ſupplex ad multitudinem prodiit, miſericordiam et auxilium a ſubjectis flagitans. Qui vero interfecerant puerum, alium quendam interfecto ſimillimum produxerunt in populum, eumque ut ille eſſe videretur, regio ſatellitio ſtipaverunt. Berenicæ vero præſidium ſtipendiariorum Gallorum dederunt, locumque ei regiæ

πον ἔδωκαν τῶν βασιλείων ὀχυρώτατον, καὶ ὅρκους καὶ συνθήκας ἐσπείσαντο. Ἀριστάρχου δὲ ἰατροῦ Βερονίκῃ συνόντος, καὶ πείσαντος αὐτὴν συνθέσθαι, ἡ μὲν ἐπίστευσεν· οἱ δὲ τῷ ὅρκῳ στρατηγήματι χρησάμενοι, τὴν Βερονίκην αὐτίκα προσπεσόντες ἔκτειναν. αἱ δὲ ἀμφ' αὐτὴν γυναῖκες ὑπερασπίζουσαι προσαπέθανον αἱ πλείονες. Παναρίστη δὲ καὶ Μανία καὶ Γηθοσύνη τὸ σῶμα τῆς Βερονίκης κρύψασαι κατὰ γῆν, ἑτέραν κατέκλιναν ὡς ἐκείνην ἔτι ζῶσαν, καὶ τὸ τραῦμα θεραπευομένην ἀπὸ τούτων. καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἔπεισαν τοὺς ὑπηκόους ἐφ' ὅσον μεταπεμφθεὶς ἀπ' αὐτῶν Πτολεμαῖος ἧκεν ὁ πατὴρ τῆς ἀνῃρημένης, καὶ διαπέμπων ἀπὸ τῆς προσηγορίας τοῦ πεφονευμένου παιδὸς, καὶ τῆς ἀνῃρημένης Βερονίκης, ὡς ἔτι ζώντων, ἐπιστολὰς, ἀπὸ τοῦ Ταύρου μέχρι τῆς Ἰνδικῆς χωρὶς πολέμου καὶ μάχης ἐκράτησε τῷ στρατηγήματι τῆς Παναρίστης χρησάμενος.

ΚΕΦ. ΝΑ.

ΘΕΑΝΩ.

Θεανὼ Παυσανίου μήτηρ ἡνίκα Παυσανίας Μηδίζων ἁλοὺς κατέφυγεν ἱκέτης ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Χαλκιοίκου,

regiæ firmiſſimum tradiderunt, et jusjurandum atque fœdus inibant. Ariſtarcho medico, quem ſecum Berenice habebat, ſuadente, ut pacem cum eis faceret, credidit. At illi jurejurando quaſi ſtrategemate uſi, Berenicen ſtatim adorti jugularunt. Quæ vero circa eam erant mulieres defenſionem parantes, plurimæ ceciderunt. Panariſte autem, Mania, et Gethoſyne corpus Berenices obruentes terra, aliam quandam in lecto collocarunt, quaſi illam adhuc viventem, et vulnus acceptum ex eo ſanaturam: ac tantiſper ſubjectis perſuaſerunt, donec accerſitus ab ipſis Ptolemæus interfectæ parens veniret, et circummittens occiſi filii et peremtæ Berenices, quaſi ſuperſtitum adhuc, nominibus inſcriptas litteras, a Tauro usque ad Indiam absque bello ac pugna ſuperavit, uſus Panariſtes ſtrategemate.

CAP. LI.

THEANO.

Theano Pauſaniæ mater, cum Pauſanias Medorum partibus ſtudere deprehenſus, ſupplex in templum Minervæ Chal-

κιοίκου, ὅθεν ἀποσπάσαι τὸν ἱκέτην οὐκ ἦν θέμις· αὕτη πρὸ τῶν ἄλλων ἀφικομένη, πλίνθον πρὸς ταῖς θύραις ἀπηρείσατο· οἱ Λάκωνες θαυμάσαντες τὴν ἀνδρείαν ὁμοῦ καὶ τὴν σοφίαν, ἕκαστος πλίνθον ἐνήρμοσε ταῖς θύραις· ὥστε ἄμφω γενέσθαι, οὔτε τὸν ἱκέτην ἀπέσπασαν, καὶ τὸν προδότην ἐναποικοδομήσαντες διέφθειραν.

ΚΕΦ. ΝΒ.

ΔΗΙΔΑΜΕΙΑ.

Δηϊδάμεια Πύῤῥου θυγάτηρ Ἀμβρακίαν καταλαβομένη τιμωρῆσαι Πτολεμαίῳ δόλῳ φονευθέντι προελομένη, πρεσβευσαμένων Ἠπειρωτῶν, τὸν πόλεμον κατέθετο ἐπὶ τῷ τὸν κλῆρον καὶ τὰς τιμὰς ἔχειν τῶν προγόνων· καὶ λαβοῦσα πίστεις, ἐξηπατήθη· συνταξάμενοι γὰρ τῶν Ἠπειρωτῶν τινὲς Νέστορα τῶν Ἀλεξάνδρου σωματοφυλάκων ἀναιρήσοντα αὐτὴν εἰσέπεμψαν. ὁ δὲ κάτω νεύσασαν αἰδεσθεὶς καὶ καταπλαγεὶς ἀνέστρεψεν. ἡ δὲ κατέφυγεν εἰς τὸ ἱερὸν [55] τῆς Ἡγε-

55 *Vulgata* τῆς ἡγεμόνος.

Chalciœcæ confugit, unde ſupplicem abſtrahere non licebat: Illa eo profecta, laterem ad oſtium applicavit. Lacones admirati fortitudinem et ſapientiam, quilibet januis laterem aptabat. Sic ut utrumque fieret, neque ſupplicem abſtraherent, et proditorem incluſum occiderent.

CAP. LII.

DEIDAMEIA.

Deidameia Pyrrhi filia cum Ambraciam occupaſſet, ut Ptolemæi per dolum occiſi mortem ulciſceretur, Epirotis legationem ad bellum componendum mittentibus, permiſit ea conditione, ut hæreditatem et honores majorum retineret. Accepta vero fides eam fefellit: Nam Epirotarum quidam clam inito conſilio, Neſtorem unum ex Alexandri ſtipatoribus ad eam interficiendam immiſerunt. Qui humum ſpectantem reveritus, et perterritus, re infecta diſceſſit. Illa in templum Dianæ Hegemo-

Ἡγεμόνης Ἀρτέμιδος. Μίλων δὲ αἰτίαν ἔχων ὡς τὴν αὐτοῦ μητέρα Φιλωτέραν ἀποκτείνας, ὥρμησεν ἐπ' αὐτὴν ὡπλισμένος. ἡ δὲ ἀνεβόησεν.

Ὁ μητροφόντης ἐπὶ φόνῳ πράσσει φόνον.

τοῦτο μόνον αὐτὴν ἐκβοήσασαν ὁ Μίλων ἀπέκτεινεν ἐν τῷ τεμένει τῆς θεοῦ.

ΚΕΦ. ΝΓ.

ΑΡΤΕΜΗΣΙΑ.

Ἀρτεμησία, περὶ Σαλαμῖνα συνεναυμάχει· τοὺς Πέρσας ἤδη φεύγοντας οἱ Ἕλληνες ἐδίωκον· ἡ δὲ καταλαμβανομένη, προσέταξε τοῖς μὲν ἐπιβάταις ἀφελεῖν τῆς νεὼς τὰ σημεῖα τὰ Περσικά, τῷ κυβερνήτῃ δὲ ἐπιβαλεῖν εἰς τὴν ναῦν τὴν προπλέουσαν Περσικήν. οἱ Ἕλληνες ταῦτα ὁρῶντες οἰηθέντες μίαν εἶναι τῶν συμμαχίδων νεῶν, ἀπολιπόντες ταύτην, ἐπὶ τὰς ἄλλας ἐτράποντο. Ἀρτεμησία δὲ τὸν κίνδυνον ἐπικείμενον ἐκφυγοῦσα, εἰς Καρίαν ἀποπλέουσα ᾤχετο.

β' Ἀρτεμησία Λυγδάμιδος, κατέδυσε ναῦν συμμαχίδα Καλυνδίδα, καὶ τριήραρχον Δαμασίθυμον. ἔπεμψε βα-

σιλεὺς

nes confugit. Milo vero reus parricidii, occisa matre Philotera, impetum in eam fecit armatus. Illa exclamavit,

Matricida cæde cædem cumulat.

Hanc vocem solam cum emisisset, Milo eam in Deæ templo interfecit.

CAP. LIII.

ARTEMISIA.

Artemisia ad Salaminem commisso navali prælio intererat. Persas victos et fugientes Græci persequebantur. Illa comprehensa, mandavit navis propugnatoribus, ut Persica signa e navi revellerent: gubernatori autem, ut in Persicam navim prænavigantem impressionem faceret. Græci hæc conspicati, putantes unam ex sociis esse navibus, hac relicta ad reliquas impetum convertebant. Artemisia imminente periculo declinato, in Cariam abnavigavit.

2 Artemisia Lygdamidis filia, navem sociorum Calyndensium demersit, et cum ea trierarchum Damasithymum.

σιλεὺς αὐτῇ ἀριστεῖον πανοπλίαν Ἑλληνικήν· τῷ δὲ ναυάρχῳ τῆ σόλυ ἄτρακτον, καὶ ἠλακάτην.

γ' Ἀρτεμησία τριηραρχοῦσα νεὼς μακρᾶς, ὐ μόνον τὸ τῶν βαρβάρων, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν Ἑλλήνων σημεῖον εἶχεν. εἰ μὲν ἐδίωκεν αὐτὴ ναῦν Ἑλληνίδα, τὸ βαρβαρικὸν ἀνέτεινε σημεῖον· εἰ δὲ ὑπὸ Ἑλληνίδος νεὼς ἐδιώκετο, ἀνέτεινε τὸ Ἑλληνικὸν, ἵνα οἱ διώκοντες ὡς Ἑλληνικῆς νεὼς ἀπέχωνται.

δ' Ἀρτεμησία Λάτμον κατελάβετο, τὴν μὲν ὡπλισμένην δύναμιν ἀποκρυψαμένη· αὐτὴ δὲ μετὰ εὐνύχων καὶ γυναικῶν, καὶ αὐλητῶν, καὶ τυμπανιστῶν ἐς τὸ ἄλσος τῆς μητρὸς τῶν θεῶν, ἀπέχον τῆς πόλεως ἑπτὰ στάδια, παρῆλθεν ὀργιάζυσα· τῶν δὲ Λατμίων προελθόντων, καὶ τὴν εὐσέβειαν αὐτῆς θεωμένων, καὶ θαυμαζόντων, οἱ ἀποκεκρυμμένοι ἐπαναστάντες κατελάβοντο τὴν πόλιν, κρατήσαντες αὐλοῖς καὶ τυμπάνοις, ἧς ὐκ ἐκράτησαν ὅπλοις.

ε' Ἀρτεμησία βασιλεύυσα Καρίας, Ξέρξῃ βασιλεῖ συνεμάχησε κατὰ τῶν Ἑλλήνων. ὥς τε καὶ τὰ ἀριστεῖα τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας ταύτῃ βασιλεὺς ἔδωκε· καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ καιρῷ τῦ ναυμαχεῖν, βασιλεὺς ὁρῶν τὴν μὲν γενναίως

mum. Rex præmii loco misit ei armaturam Græcam: at navis præfecto colum et fusum.

3 Artemisia longam navem agens, non modo barbarorum, verum etiam Græcorum signum habuit. Si ipsa Græcam navem insequeretur, Barbaricum signum sustulit: sin Græcam navem persequentem fugeret, Græcum, ut persequentes quasi a Græca navi abstinerent.

4 Artemisia cum Latmum occuparet, armatas copias occultavit: ipsa vero cum eunuchis, mulieribus, tibicinibus, ac tympanistis in lucum matris Deorum, qui septem stadiis ab urbe distabat, sacra peragens accessit. Latmiis autem advenientibus, pietatem ejus contemplantibus, admirantibusque, ii qui latebant consurgentes, urbem invaserunt, obtinentes eam fistulis ac tympanis, quam armis non potuerant obtinere.

5 Artemisia Cariæ regnum tenens, cum Xerxe rege adversus Græcos militabat. Huic primam etiam palmam navalis pugnæ ad Salaminem factæ rex detulit, et in ipso tempore dum prælium committeretur, rex videns eam strenue

γενναίως ἀγωνιζομένην, τὰς δὲ ἄνδρας ἀγεννῶς, ἀνεβόησεν, Ω Ζεῦ, τὰς μὲν ἄνδρας γυναῖκας πεποίηκας, τὰς δὲ γυναῖκας ἄνδρας.

ΚΕΦ. ΝΔ.
ΤΑΝΙΑ.

56 Τανία γυνὴ Ζήνιδος ἄρχοντος τῶν περὶ Δάρδανον πόλεων, νόσῳ τελευτήσαντος τῦ ἀνδρὸς αὐτὴ κατέσχε τὴν ἀρχὴν Φαρναβάζῳ χρησαμένη συμμάχῳ. αὐτὴ δὲ καὶ ἐπὶ τὰς μάχας ἐπὶ ἁρμαμάξης ἐποχεύετο, καὶ τὰ παραγγέλματα ἐδίδυ τοῖς μαχομένοις, καὶ διετάττε τὰς τάξεις, καὶ τὰ τῆς νίκης ἆθλα κατὰ τὴν ἀξίαν διένεμε τοῖς στρατιώταις. πολέμιος μὲν ὐδεὶς ἐκράτησεν αὐτῆς· ὁ δὲ τὴν θυγατέρα αὐτῆς πρὸς γάμον λαβὼν Μειδίας, πιστὸς εἶναι διὰ τὸ κῆδος δοκῶν, ἐπεισελθὼν, αὐτὴν διεχρήσατο.

ΚΕΦ. ΝΕ.
ΤΙΡΓΑΤΑΩ.

Τιργαταὼ Μαιῶτις ἐγέματο Ἑκαταίῳ βασιλεῖ Σίντων, οἳ νέμονται μικρὸν ἄνω Βοσπόρυ. τῦτον τὸν Ἑκάταιον ἐκπεσόντα

56 Quidam Codd. φανία. legendum ex Xenophonte Ἑλληνικῶν libro III. Μανία. *Caf.*

ſtrenue pugnare, viros autem timidius, exclamavit: o Jupiter, ex viris mulieres feciſti, et ex mulieribus viros.

CAP. LIV.
TANIA.

Tania Zenidis Dardaniarum urbium principis uxor, cum maritus morbo mortuus eſſet, regnum ipſa Pharnabazi auxilio gubernavit. Ipſa vero ad pugnas curru vehebatur, et præ[illegible] pugnantibus dabat, ordinesque inſtruebat, victoriæque præmia pro dignitate militibus diſtribuebat. Nullus hoſtis eam unquam ſuperavit. At Medias cum filiam ejus uxorem duxiſſet, et fidelis ob affinitatem eſſe videretur, clam ingreſſus, eam confecit.

CAP. LV.
TIRGATAO.

Tirgatao Mæotis nupſit Hecatæo regi Sintorum, qui paulo ſupra Boſporum incolunt. Hunc Hecatæum ejectum

πεσόντα τῆς ἀρχῆς, κατήγαγε Σάτυρος ὁ Βοσπόρου τύραννος· καὶ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα πρὸς γάμον ἐξέδωκεν, ἀξιώσας τὴν προτέραν ἀποκτεῖναι. ὁ δὲ τὴν Μαιῶτιν στέργων, ἀνελεῖν μὲν οὐχ ὑπέμεινεν, ἐς ὀχυρὸν δὲ φρούριον καθείρξας, ἐκέλευσε διάγειν φρουρουμένην. ἡ δὲ Τιργαταὼ λαθοῦσα τοὺς φύλακας, διέδρα. τῶν δὲ περὶ τὸν Ἑκαταῖον καὶ τὸν Σάτυρον πολλῇ σπουδῇ ζητούντων· ἐδεδοίκεσαν γὰρ μὴ κινήσῃ τοὺς Μαιώτας εἰς πόλεμον· οὐ μὴν εὑρεῖν δυνηθέντων· ἡ Μαιῶτις ἐρήμους καὶ τραχείας ὁδοὺς ὑπερβάλλουσα, καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν ἐν ταῖς ὕλαις κρυπτομένη, ταῖς δὲ νυξὶ βαδίζουσα, τέλος, ἧκεν εἰς τοὺς καλουμένους 57 Ἰξομάτας, ἵνα ἦν αὐτῆς τὰ βασίλεια τῶν οἰκείων. τὸν μὲν δὴ πατέρα τετελευτηκότα κατέλαβε, τῷ δὲ διαδεξαμένῳ τὴν ἀρχὴν συνοικήσασα, τοὺς Ἰξομάτας εἰς πόλεμον ἐκίνησε· καὶ πολλὰ μὲν τῶν περὶ Μαιῶτιν μαχίμων ἐθνῶν προσήγετο, μάλιστα δὲ τὴν Ἑκαταίου Σιντικὴν κατέτρεχε, καὶ Σατύρου τὴν ἀρχὴν ἐλυμαίνετο· ὥστε ἱκετηρίας ἀμφότεροι πέμψαντες, καὶ ὅμηρον δόντες παῖδα Σατύρου Μητρόδωρον, ἐδεήθησαν εἰρήνης τυχεῖν. ἡ δὲ συνέθετο μέν· οὐ μὴν οἵ γε συνθέ-

57 Stephano dicuntur Ἰξιβάται. *Caſ.*

ctum regno, reduxit Satyrus Boſpori tyrannus, ſuamque ei filiam in matrimonium dedit, priorem jubens eum interficere. Ille cum plurimum amaret Mæotim, occidere quidem eam non potuit, ſed in munitiſſimum caſtellum incluſam, juſſit in cuſtodia vitam agere. Tirgatao clam cuſtodibus aufugit. Cum Hecatæus et Satyrus eam magno ſtudio conquirerent (metuebant enim, ne Mæotas ad bellum incitaret) neque invenire poſſent, Mæotis deſertis et aſperis viis ſuperatis, per diem in ſylvis deliteſcens, noctuque iter faciens, ad extremum pervenit ad populos qui Ixomatæ dicebantur. Ibi regia erat amicorum ejus, et cognatorum. patrem mortuum reperit, eique qui in regnum ſucceſſerat nubens, Ixomatas ad bellum commovit, multasque bellicoſiſſimas circa Mæotin gentes ſibi adjunxit: in primis autem Hecatæi regionem incurſionibus infeſtabat, Satyrique regnum vaſtabat, ſic ut utrique miſſis qui ſuppliciter rogarent, obſidem Satyri filium Metrodorum darent, ac pacem peterent. Illa conſenſit. At illi jus-

συνθέμενοι τοὺς ὅρκους ἐφύλαξαν· ὁ γὰρ δὴ Σάτυρος ἔπεισε δύο φίλους ἱκέτας καταφυγόντας πρὸς αὐτὴν, ἐπιβουλεῦσαι. οἱ μὲν κατέφυγον· ὁ δὲ Σάτυρος 58 ἐζήτει· ἡ δὲ τὸν τῆς ἱκεσίας νόμον τιμῶσα, πολλάκις ἀντέγραφε σωτηρίαν πράττουσα τοῖς ἱκέταις. οἱ δὲ ἐπέθεντο· ὁ μὲν ὡς περὶ μεγάλων αὐτῇ διαλεγόμενος πραγμάτων, ὁ δὲ σπασάμενος τὸ ξίφος ἀπέτυχε τῆς ἐπιβουλῆς, τοῦ ζωστῆρος ἀποδεξαμένου τὴν πληγήν. οἱ δορυφόροι συνδραμόντες ἀμφοτέρους ἐβασάνισαν. οἱ δὲ τὴν ἐπιβουλὴν ὡμολόγησαν 59 τοῦ καθήκοντος τυράννου. πάλιν ἡ Τιργαταὼ τὸν πόλεμον ἐξήνεγκε, τὸν ὅμηρον ἀποκτείνασα, καὶ πάντων τῶν δεινῶν ἁρπαγῆς καὶ φόνου πληροῦσα τὴν χώραν, ἕως αὐτὸς μὲν ὁ Σάτυρος ἀθυμήσας ἐτελεύτησε· Γόργιππος δὲ υἱὸς αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος, ἱκέτης αὐτὸς ἐλθὼν, καὶ δῶρα δοὺς αὐτῇ μέγιστα, τὸν πόλεμον διελύσατο.

ΚΕΦ. Νϛ.

58 Legendum cum Interprete, ἐξῄτει. *Masv.* 59 τοῦ καθήκαντος τυρ. conject. *Caſ.*

jusjurandum non ſervarunt. Satyrus enim duos ex amicis adduxit, ut ſupplices ad eam transfugerent, eique inſidias collocarent. Qui cum transfugiſſent, Satyrus eos ſibi tradi poſtulabat. Illa ſupplicum legem colens, ſæpenumero reſcripſit, et de ſalute ſupplicibus impetranda egit. At iſti eam adoriebantur, alter quaſi de magnis rebus cum ea ſermonem habiturus, alter ſtricto gladio aberravit, cingulo ictum recipiente. Satellites vero concurſu facto, ambos quæſtionibus examinarunt. Qui inſidias auctore tyranno paratas confitebantur. Rurſus Tirgatao obſide interfecto, bellum eis intulit, omnibusque calamitatibus, rapinis ac cæde regionem implevit: donec ipſe Satyrus mœrore confectus, vitam cum morte commutavit. Gorgippus autem filius ejus imperio ſuſcepto, ſupplex ad eam venit, ampliſſimiſque muneribus ei tributis, bellum compoſuit.

CAP. LVI.

ΚΕΦ. Νϛ.

ΑΜΑΓΗ.

Ἀμάγη γυνὴ Μηδοσάκκου βασιλέως Σαρματῶν, τῶν ἐπὶ τὴν Ποντικὴν παραλίαν καθηκόντων, ὁρῶσα τὸν ἄνδρα τρυφῇ προσέχοντα, καὶ μέθῃ· αὐτὴ μὲν τὰ πολλὰ ἐδίκαζεν· αὐτὴ δὲ καὶ τὰς φυλακὰς τῆς χώρας καθίστατο· καὶ τὰς ἐπιδρομὰς τῶν πολεμίων ἀνέστελλε· καὶ τοῖς ἀδικουμένοις τῶν προσοίκων συνεμάχει. καὶ τὸ κλέος αὐτῆς λαμπρὸν ἦν ἀνὰ πάντας τοὺς Σκύθας. ὥς τε καὶ οἱ Ταυρικὴν κατοικοῦντες Χερρονησῖται κακῶς πάσχοντες ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν παρακειμένων Σκυθῶν, ἐδεήθησαν αὐτῆς γενέσθαι σύμμαχοι. ἡ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐπέστειλεν, ἀπέχεσθαι Χερρονήσου κελεύουσα· ὡς δὲ κατεφρόνησεν ὁ Σκύθης, παραλαβοῦσα ρκ´ ἄνδρας τοὺς ψυχὴν καὶ σῶμα ἀλκιμωτάτους, τρεῖς ἵππους ἑκάστῳ παραδοῦσα διέδραμε νυκτὸς μιᾶς καὶ ἡμέρας ͵α καὶ σ´ στάδια· καὶ τοῖς βασιλείοις ἐξαίφνης ἐπιστᾶσα, τοὺς μὲν ἐπὶ θυρῶν ἅπαντας ἀπέκτεινε. τῶν δὲ Σκυθῶν ὡς ἐν ἀπροσδοκήτῳ δεινῷ ταραχθέντων, καὶ νομισάντων οὐχ ὅσους ἔβλεπον ἥκειν, ἀλλὰ πολλῷ πλείονας

CAP. LVI.

AMAGE.

Amage uxor Medosacci regis Sarmatarum, qui Ponticam maritimam attingunt, videns maritum luxui deditum et crapulæ, ipsa plerumque jura dictabat, et præsidia regionis disponebat, atque hostium incursiones reprimebat, finitimisque, qui injuria premerentur, auxilium ferebat, sic ut ejus gloria per universos Scythas celeberrima haberetur. Quo fiebat, ut etiam qui Tauricam incolebant, Cherronesitæ, multis damnis ab rege vicinorum Scytharum accepti, societatem cum ea conjungere vellent. illa primum scripsit, mandans ut a Cherroneso abstinerent. Cum hæc Scytha contemneret, illa viris centum et viginti assumtis, et animi et corporis viribus præstantissimis, unicuique tres equos attribuit, incitatoque cursu una nocte et die mille et ducenta stadia confecit: et ex improviso regiam adorta, omnes in januis constitutos occidit. Scythis, ut in repentino periculo perturbatis, et non totidem, quot conspiciebant, venire

νας εἶναι τοὺς ἐπερχομένους· Ἀμάγη μεθ' ἧς εἶχεν ὁρμῆς ἐς τὸ βασίλειον ἐμπεσοῦσα, τὸν Σκύθην, καὶ τοὺς συνόντας αὐτῷ συγγενεῖς καὶ φίλους ἀποκτείνασα, Χερρονησίταις μὲν ἀπέδωκε τὴν χώραν· τῷ δὲ παιδὶ τοῦ πεφονευμένου τὴν βασιλείαν ἐνεχείρισε, παρεγγυήσασα δικαίως ἄρχειν, καὶ ἀπέχεσθαι τῶν προσοικούντων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, ὁρῶντα τὸ τέλος τοῦ πατρός.

ΚΕΦ. ΝΖ.

ΑΡΣΙΝΟΗ.

Ἀρσινόη Λυσιμάχου τοῦ ἀνδρὸς τελευτήσαντος, μεγάλης ταραχῆς οὔσης ἐν Ἐφέσῳ, καὶ τῶν Σελευκιζόντων τὰ τείχη καταβαλλόντων, καὶ τὰς πύλας ἀνοιγόντων, εἰς μὲν τὸ φορεῖον τὸ βασιλικὸν κατέκλινε θεράπαιναν στολὴν περιθεῖσα βασιλικήν, καὶ περιέστησε πολλοὺς τῶν ὑπασπιστῶν. αὐτὴ δὲ περιβαλλομένη ῥάκια καὶ προσωπεῖον ἐρρυπωμένον καθ' ἑτέραν θύραν ἐξῆλθε μόνη, καὶ δραμοῦσα ἐπὶ τὰς ναῦς ἔπλευσε. Μενεκράτης εἷς τῶν ἡγεμόνων, τῷ φορείῳ προσπεσὼν κατεκέντησε τὴν θεράπαιναν, οἰόμενος Ἀρσινόην φονεύειν.

ΚΕΦ. ΝΗ.

venire exiſtimantibus, ſed multo plures accedere: Amage, quo cœperat impetu, in regiam irruens, Scytha, cognatisque et amicis, quos rex ſecum habebat, interfectis, Cherroneſitis regionem tradidit, filio autem occiſi regnum commiſit, mandans, ut juſte imperaret, et parentis exitum intuens, a finitimis Græcis ac barbaris abſtineret.

CAP. LVII.

ARSINOE.

Arſinoë Lyſimacho marito ſuo vita defuncto, cum maximus Epheſi motus oriretur, et qui Seleuci partibus favebant, muros dejicerent, portasque aperirent, in lectica regia famulam regia ſtola amictam collocavit, multisque ſatellitibus eam munivit. Ipſa vero laceros induta pannos, ſordidato vultu, per aliam januam egreſſa, cucurrit ad naves, et ſolvit. Menecrates, unus e ducibus, impetu in lecticam facto, confodit famulam, Arſinoën eam eſſe exiſtimans.

CAP. LVIII.

ΚΕΦ. ΝΗ.
ΚΡΑΤΗΣΙΠΟΛΙΣ.

Κρατησίπολις Πτολεμαίῳ τὸν Ἀκροκόρινθον ἐνδοῦναι βουλομένη φυλαττόμενον ἀπὸ μισθοφόρων, οἱ πολλάκις ἔπεισαν αὐτὴν χρῆναι φυλάττειν τὸν τόπον, ἐπαινέσασα αὐτοὺς ὡς ἀνδρείους καὶ πιστούς· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ Σικυῶνος ἔφη μεταπέμψεσθαι συμμάχους, οἱ μετ' αὐτῶν ἀσφαλέστερον φυλάξουσιν. ἔπεμψε μὲν πρὸς Σικυωνίους φανερῶς· κρύφα δὲ πρὸς Πτολεμαῖον, καὶ τοὺς παρ' αὐτοῦ στρατιώτας νύκτωρ ἥκοντας ὡς τοὺς ἀπὸ Σικυῶνος συμμάχους ἐδέξατο. καὶ παρέλαβε Πτολεμαῖος Ἀκροκόρινθον ἀκόντων τῶν φυλασσόντων.

ΚΕΦ. ΝΘ.
ΙΕΡΕΙΑ.

Αἰτωλοὶ Πελληνεῦσιν ἐπεστράτευον. πρὸ τῆς Πελλήνης ὄχθος ἐστὶν ὑψηλὸς ἀντικρὺ τῆς ἀκροπόλεως· ἐφ' ὃν οἱ Πελληνεῖς συνελθόντες ὡπλίζοντο. τῆς Ἀθηνᾶς ἡ ἱέρεια κατὰ τὴν νόμιμον ἐκείνης τῆς ἡμέρας, πανοπλίαν ἔχουσα, καὶ τρίλο-

CAP. LVIII.
CRATESIPOLIS.

Cratesipolis Acrocorinthum Ptolemæo tradere volens, quæ a mercenariis militibus tenebatur, cum persæpe ei suaderent, eum locum esse custodiendum, collaudatis iis tanquam fortibus et fidelibus viris, a Sicyone quoque se inquit socios evocaturam, qui cum ipsis tutius eam tuerentur. Misit palam ad Sicyonios, clam ad Ptolemæum: ejusque milites per noctem venientes, quasi a Sicyone socios recepit, atque Acrocorinthum Ptolemæus invitis custodiis occupavit.

CAP. LIX.
SACERDOS.

Ætoli Pellenam oppugnabant. Pro Pellena collis est excelsus, e regione arcis positus, in quem concursu facto, Pellenenses arma expediebant. Palladis sacerdos consuetam illius diei armaturam habens, et galeam tri-

τρίλοφον κράνος ἡ καλλίστη καὶ μεγίστη τῶν παρθένων ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως [60] ἐπέβλεπεν ἐς τὸ πλῆθος τῶν ὁπλιζομένων πολιτῶν. Αἰτωλοὶ παρθένον ὡπλισμένην ἐκ τοῦ ἱεροῦ προελθοῦσαν τῆς Ἀθηνᾶς ἰδόντες, αὐτὴν τὴν Ἀθηνᾶν σύμμαχον ἥκειν Πελληνεῦσι νομίσαντες, ἀνέστρεψαν. Πελληνεῖς δὲ ἐπιδιώξαντες, οὐκ ὀλίγους Αἰτωλῶν ἀπέκτειναν.

ΚΕΦ. Ξ.

ΚΥΝΝΑΝΗ.

Κυννάνη Φιλίππου θυγάτηρ τὰ πολεμικὰ ἤσκησε. καὶ στρατοπέδων ἡγεῖτο, καὶ πολεμίοις παρετάσσετο· καὶ Ἰλλυριοῖς παραταττομένη, τὴν βασιλεύουσαν αὐτῶν [61] Καιρίαν ἐς τὸν αὐχένα πλήξασα κατέβαλε. καὶ πολλοὺς τῶν Ἰλλυριῶν φεύγοντας ἔκτεινε. γημαμένη δὲ Ἀμύντᾳ τῷ Περδίκκου, ταχέως τοῦτον ἀποβαλοῦσα, οὐχ ὑπέμεινεν ἀνδρὸς πειραθῆναι δευτέρου. ἀλλὰ μίαν ἔχουσα θυγατέρα ἐξ Ἀμύντου Εὐρυδίκην, καὶ ταύτην τὰ πολεμικὰ ἤσκησεν· Ἀλεξάνδρου δὲ ἐν Βαβυλῶνι τελευτήσαντος, καὶ τῶν διαδόχων νεωτεριζόν-

60 MS. ἀπέβλεπεν. 61 *Casaub.* καιρίαν vult esse adjectivum, subaudita voce πληγήν, *cum letale vulnus ipsi inflixisset.*

um cristarum, pulcherrima maximaque omnium virginum, ab arce intuebatur in civium sese armantium multitudinem. Ætoli virginem armatam e templo Minervæ procedere conspicati, ipsam Minervam auxilio Pellenensibus venire existimantes, reverterunt. Pellenenses vero persecuti, non parvum Ætolorum numerum occiderunt.

CAP. LX.

CYNANE.

Cynane Philippi filia, bellica negotia tractabat, exercitusque ducebat, et cum hostibus manum conserebat. Cum Illyriis signa conferens, reginam eorum Cæriam collo inflicto vulnere prostravit, multosque Illyriorum fugientes interfecit. Nupta autem Amyntæ filio Perdiccæ, cum eum brevi amisisset, noluit secundo maritum experiri. Sed cum unam ex Amyntā filiam haberet Eurydicen, eam in artibus militaribus exercuit. Alexandro vero Babylone vita defuncto, et successo-

τειχιζόντων, ἐτόλμησεν αὐτὴ διαβῆναι τὸν Στρυμῶνα. Ἀντιπάτρου δὲ κωλύοντος, βιασαμένη τοὺς κωλύοντας, τὸν ποταμὸν διῆλθε καὶ τοὺς ἐμποδὼν γιγνομένους καταγωνισαμένη, διέβη τὸν Ἑλλήσποντον, συμμίξαι τῷ Μακεδόνων στρατεύματι προθυμουμένη. Ἀλκέτα δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀπαντήσαντος, οἱ Μακεδόνες ἰδόντες τὴν Φιλίππου θυγατέρα, καὶ ἀδελφὴν Ἀλεξάνδρου, αἰδεσθέντες τὴν γνώμην μετεβάλλοντο. ἡ δὲ τὸν Ἀλκέταν ὀνειδίσασα τῆς ἀχαριστίας, οὔτε τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν, οὔτε τὴν παρασκευὴν τῶν ὅπλων κατεπλάγη, ἀλλ᾽ εὐγενῶς ἤνεγκε τὴν σφαγήν, τεθνᾶναι μᾶλλον, ἢ τὸ Φιλίππου γένος ἐκπεπτωκὸς τῆς ἀρχῆς ὁρᾶν αἱρουμένη.

ΚΕΦ. ΞΔ.

ΠΥΣΤΑ.

62 Πύστα γυνὴ Σελεύκου τοῦ Καλλινίκου κληθέντος, περὶ Ἄγκυραν ὑπὸ Γαλατῶν ἡττηθέντος, ὑπὸ τῶν πολεμίων ἁλοῦσα, τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα μεταμφιασαμένη, θεραπαινί-

δος

62 Hæc Athenæo dicitur Μύστα. lib. XIII. *Masv.*

cessoribus novas res molientibus, ausa est ipsa Strymonem trajicere. Eam cum Antipater impediret, vim arcentibus adhibuit, et transmisit: et omnibus, quos obviam habebat, debellatis transivit in Hellespontum, ut cum Macedonum exercitu prælium consereret. Ubi cum Alcetas cum infestis copiis obviam ei procederet, Macedones conspicati Philippi filiam, et sororem Alexandri, pudore affecti, sententiam mutarunt. Illa exprobrans Alcetæ ingratum animum, neque multitudinem hominum, neque armorum apparatum reformidavit, sed animose cædem tulit, mortem potius oppetere statuens, quam Philippi genus regno privatum videre.

CAP. LXI.

PYSTA.

Pysta uxor Seleuci, dicti Callinici, cum is ad Ancyram a Gallis victus esset, capta ab hostibus, abjecto regio vestitu, famulæ pauperrimæ pannis laceris induta,

δος ἀθλιωτάτης ῥάκια λαβοῦσα, ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ἐπράθη. ἀχθεῖσα δὲ εἰς Ῥόδον μετὰ ἄλλων ἀνδραπόδων, ἐξηγόρευσεν ἥ τις ἦν· Ῥόδιοι τῷ πριαμένῳ τὸ ἀργύριον ἀποδόντες, λαμπρῶς 63 κοσμήσαντες· ἐς Ἀντιόχειαν ἐξέπεμψαν.

ΚΕΦ. ΞΒ.

ΕΠΙΧΑΡΙΣ.

Πείσων, καὶ Σενέκας ἐπιβουλὴν συνεστήσαντο κατὰ Νέρωνος· 64 ἦν ἀδελφὸς Σενέκα Σκέλαος· ὃς ἑταίραν εἶχεν Ἐπίχαριν. ταύτην τὴν Ἐπίχαριν ὁ Νέρων ὡς μετέχουσαν τῶν ἀπορρήτων, ἐβασάνισε πικρῶς· ἡ δὲ ἀντέσχεν, οὐδενὸς κατειποῦσα. Νέρων ἀνέθετο ὡς αὖθις βασανίσων. μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἡ Ἐπίχαρις ἐκομίζετο μὲν φορείῳ· ἡ δὲ λυσαμένη τὴν ζώνην, ἀπεβρόχισεν ἑαυτὴν ἐν αὐτῷ τῷ φορείῳ· οἱ κομίζοντες ἐγγὺς τῶν βασανιστηρίων γενόμενοι ἀποθέμενοι, προελθεῖν αὐτὴν ἐκέλευον· τῆς δ' ἄρα τὸ σῶμα εὑρέθη νεκρόν. καὶ ὁ τύραννος πολλὰ ἐσχετλίαζεν, ὡς ὑπὸ τῆς ἑταίρας νενικημένος.

ΚΕΦ. ΞΓ.

63 MS. κομίσαντες. 64 Videtur esse, qui appellatur *Junius Gallio*, Senecæ frater. *Cas.* Pro Σκέλαος legendum videtur Μέλλας. Fuit is alter Senecæ frater, Lucani pater. *Masv.*

inter captivos venit. Ducta in Rhodum cum cæteris mancipiis, confessa est quæ esset. Rhodii reddita emtori pecunia, splendide eam ornatam, Antiochiam miserunt.

CAP. LXII.

EPICHARIS.

Piso et Seneca insidias in Neronem comparabant. Senecæ frater erat Scelaus, qui scortum habebat Epicharim. Hanc Nero quasi participem occultorum consiliorum, in quæstionibus examinavit acerbissime. Illa vero dolores sustinuit, neque quemquam prodidit. Nero rem distulit, quasi eam iterum torturus. Post triduum Epicharim in lectica jussit adportari. Illa soluta zona, seipsam in ipsa lectica strangulavit. Qui portabant, ad tormentorum locum appropinquantes, deposita lectica progredi eam jusserunt. At illius corpus mortuum reperiebatur. At tyrannus mirum in modum se cruciabat, quod a scorto victus videretur.

CAP. LXIII.

ΚΕΦ. ΞΓ.
ΜΙΛΗΣΙΑΙ.

Ἐν Μιλήτῳ τὰς παρθένους μανικὸν [65] πένθος κατέσχεν· αἱ πλεῖσαι γὰρ ὐδεμιᾶς ὔσης συμφορᾶς, ἐξαίφνης αὐτὰς ἀπεβρόχιζον. Μιλησία γυνὴ συνεβούλευσε τὰς ἀπαγχομένας διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐκκομίζεσθαι. τοῦτο κυρωθὲν ἐπέσχε θανατώσας τὰς παρθένους. τὴν γὰρ μετὰ θάνατον αἰσχύνην, καὶ τὴν διὰ τῆς ἀγορᾶς πομπὴν ὐ φέρουσαι, τῶν βρόχων ἀπέσχοντο.

ΚΕΦ. ΞΔ.
ΜΗΛΙΑΙ.

Μήλιοι Καρίαν ἐπῴκισαν, ἡγεμόνα [66] Νυμφαῖον ἔχοντες. Κᾶρες οἱ Κρύασσον οἰκοῦντες ἐπιβουλεύοντες Μηλίοις, καλοῦσιν αὐτοὺς ἐπὶ δημοσίαν ἑορτήν. Καρήνη παρθένος ἐρῶσα Νυμφαίου, τὴν ἐπιβουλὴν ἐξηγόρευσεν. ὁ δὲ πρὸς τοὺς Κᾶρας ἔφη, νόμον Ἕλλησιν εἶναι, μετὰ γυναικῶν ἐπὶ δεῖπνον

65 γρ. πάθος. *Casaub.* 66 MS. Συμφαῖον. Infra pro κομίζουσι, idem κομίζουσιν, addita conjunctione καὶ παρὰ τόν.

CAP. LXIII.
MILESIÆ.

Mileti furiosus luctus virgines cepit. Plurimæ enim earum, nulla accepta calamitate, subito laqueis vitam finiebant. Milesia quædam fœmina suadebat, ut strangulatæ per forum efferrentur. Id consilium omnium suffragiis comprobatum, cohibuit virgines, quo minus sibi mortem cuperent consciscere. Post mortem enim ignominiam verentes, et per forum duci non ferentes, a laqueis in posterum abstinuerunt.

CAP. LXIV.
MELIÆ.

Melii Cariam, duce Symphæo, inhabitare cœperunt. Cares, qui Cryasum incolebant, insidias eis struebant. Vocant eos ad publicum convivium: Carena virgo flagrans amore Symphæi, insidias ei patefecit. Ille ad Cares inquit, legem esse Græcis, ut cum uxoribus ad cœnam

πνον βαδίζειν. οἱ μὲν δὴ Κᾶρες ἐκέλευσαν ἄγειν καὶ τὰς γυναῖκας. οἱ Μήλιοι δὲ αὐτοὶ μὲν ἄνευ ὅπλων ἐν ἱματίοις βαδίζουσιν. αἱ δὲ γυναῖκες ἑκάστη ξίφος ἐν τῷ κόλπῳ κομίζουσαι, παρὰ τὸν αὐτῆς ἄνδρα πᾶσαι καθιζάνουσιν· ὡς δὲ δειπνοῦντες, τοῦ Καρίου συνθήματος ᾔσθοντο· αἱ μὲν γυναῖκες ὁμοῦ πᾶσαι τοὺς κόλπους ἀνέῤῥηξαν· οἱ δὲ ἄνδρες τὰ ξίφη λαβόντες, ἐπέθεντο τοῖς βαρβάροις· καὶ διαχρησάμενοι πάντας, τήν τε πόλιν αὐτῶν, καὶ τὴν χώραν κατῴκησαν.

ΚΕΦ. ΞΕ.

ΦΩΚΙΔΕΣ.

Φωκεῦσι καὶ Θετταλοῖς πόλεμος ἄσπονδος ἦν· ὥς τε καὶ Θετταλοὶ δόγμα ἐκύρωσαν μηδενὸς ἀπέχεσθαι τῶν ἐν ἡλικίᾳ· παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσασθαι. Φωκέων μελλόντων συμβάλλειν ἐς μάχην, αἱ Φωκίδες ἐψηφίσαντο· Ὕλην παμμεγέθη νησώμεθα· ἐπειδὰν δὲ αἰσθώμεθα τοὺς ἄνδρας ἡττωμένους, αὐταὶ τῆς πυρᾶς μετὰ τῶν τέκνων ἐπιβῶμεν, καὶ τὴν ὕλην ὑφάψασαι καταπρήσωμεν. τοῦτο τὸ ψήφισμα τῶν γυναικῶν, τοὺς Φωκίας ἐποίησεν ἀνδρειότερον παρατάξασθαι, καὶ κρατῆσαι τῇ μάχῃ.

ΚΕΦ ΞϚ.

nam veniant. Cares igitur eos jusserunt, etiam uxores adducere. Melii ipsi quidem sine armis, solis vestibus induti veniunt. At mulieres singulæ ensem in sinu ferunt, et quælibet juxta suum maritum assidet. Cum vero inter cœnandum Carium signum animadvertissent, mulieres simul omnes sinus aperuerunt. Viri sumtis ensibus, barbaros aggrediebantur, et omnibus interfectis, urbem regionemque ipsorum incoluerunt.

CAP. LXV.

PHOCIDES.

Phocensibus inexpiabile bellum cum Thessalis intercedebat: ita ut Thessali decretum facerent, a nemine ætatis paulo provectioris abstinendum: liberos vero et conjuges in servitutem redigendas. Cum Phocenses pugnam facturi essent, Phocides statuerunt: Ligna quam plurima congeramus: et cum viros superatos esse senserimus, ipsæ in rogos cum liberis ascendemus, lignumque incensum comburemus. Hoc mulierum decretum effecit, ut Phocenses animosius pugnarent, et prælio commisso victoriam adipiscerentur.

CAP. LXVI.

ΚΕΦ. ΞϚ.

ΧΙΑΙ.

Χίοις πρὸς Ἐρυθραίους πόλεμος ἦν Λευκωνίας πέρι. καὶ δὴ συνέθεντο Χῖοι μὴ δυνάμενοι τοῖς πολεμίοις ἀντέχειν, ἐξελθεῖν ὑπόσπονδοι, χλαῖναν μίαν ἕκαστος καὶ ἱμάτιον ἔχοντες· αἱ Χῖαι γυναῖκες ἐσχετλίαζον, εἰ τὰ ὅπλα προέμενοι γυμνοὶ φευξοῦνται. τῶν δὲ ὀμωμοκέναι φασκόντων, αἱ γυναῖκες συνεβούλευσαν, τὰ μὲν ὅπλα μηδαμῶς ἀφιέναι. λέγειν δὲ ὡς ἔθος αὐτοῖς χλαῖναν μὲν καλεῖν τὸ ξυστόν· χιτῶνα δὲ τὴν ἀσπίδα. ταῖς γυναιξὶν ἐπείσθησαν οἱ Χῖοι. καὶ τὰ ὅπλα κατασχόντες, φοβερώτεροι τοῖς Ἐρυθραίοις ἐγένοντο.

ΚΕΦ. ΞΖ.

ΘΑΣΙΑΙ.

Θάσιοι πολιορκούμενοι, μηχανήματα ἔνδον τῶν τειχῶν ἐπαναστῆσαι τοῖς πολεμίοις βουλόμενοι, σπάρτων ἠπόρουν, οἷς τὰ μηχανήματα συνδεῖν ἐχρῆν. αἱ Θάσιαι τὰς κεφαλὰς ἀπεκείραντο· καὶ σύνδεσμοι τῶν μηχανημάτων ἐγένοντο τῶν γυναικῶν αἱ τρίχες.

ΚΕΦ. ΞΗ.

CAP. LXVI.

CHIÆ.

Chiis adversus Erythræos bellum erat de Leuconia. Chii cum viderent se nullo modo hostium impetum ferre posse, concesserunt se facto fœdere exituros, ita ut singuli unam lænam et tunicam haberent. Chiæ mulieres indigne ferebant, si projectis armis nudi fugam peterent. Illis se jusjurandum ea de re interposuisse dicentibus, mulieres consilium dederunt, nequaquam arma deponerent, verum dicerent sibi moris esse, lænam appellare hastam et tunicam scutum. Chii mulieribus morem gesserunt, armisque retentis formidabiliores Erythræis exstiterunt.

CAP. LXVII.

THASIÆ.

Thasios, cum oppugnarentur, machinas intra muros hostibus opponere volentes, funes defecerunt, quibus colligare machinas necesse erat. Thasiæ capita raserunt, et ad colligandas machinas capilli mulierum adhibiti sunt, et usurpati.

ΚΕΦ. ΞΗ.

ΑΡΓΟΛΙΔΕΣ.

Πύῤῥος Ἠπειρώτης ἐνέβαλεν εἰς Ἄργος, καλέσαντος αὐτὸν Ἀριςέως Ἀργείȣ· οἱ μὲν Ἀργεῖοι συνέδραμον ἐς τὴν ἀγορὰν μετὰ τῶν ὅπλων· αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν προκαταλαβόμεναι τὰ τέγη, τȣ̀ς Ἠπειρώτας ἄνωθεν βάλȣσαι, ἀναχωρῆσαι βιάζονται· ὥς τε καὶ Πύῤῥος ὁ δεινότατος τῶν ςρατηγῶν αὐτὸς ἔπεσεν, ἐμπεσȣ́σης ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτȣ̃ κεραμίδος. αἱ δὲ Ἀργολίδες μέγιςον κλέος ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἤραντο, Πύῤῥȣ τȣ̃ πολεμικωτάτȣ, μηδὲ ὑπ᾽ ἀνδρῶν, ἀλλὰ ὑπὸ γυναικῶν Ἀργολίδων πεσόντος.

ΚΕΦ. ΞΘ.

ΑΚΑΡΝΑΝΕΣ.

Αἰτωλῶν Ἀκαρνᾶσι μακρῷ χρόνῳ πολεμȣ́ντων· τέλος δὲ κατὰ προδοσίαν ἐς τὴν πόλιν παραπεσόντων, οἱ μὲν ἄνδρες εὐρώςως ἐν παραλόγῳ κινδύνῳ παρετάσσοντο· αἱ δὲ γυναῖκες ἐπὶ τὰς ςέγας ἀναδραμȣ̃σαι, αἱ μὲν λίθȣς, αἱ δὲ κεράμȣς βάλȣσαι, πολλȣ̀ς τῶν πολεμίων ἀνῄρȣν. τȣ̀ς δὲ

CAP. LXVIII.

ARGOLIDES.

Pyrrhus Epirota in Argivorum ſolum expeditionem faciebat, vocante eum Ariſteo Argivo. Argivi cum armis in forum concurrerunt. Mulieres vero eorum tectis præoccupatis, Epirotas deſuper jacientes, retrocedere coëgerunt, ita ut etiam Pyrrhus ducum omnium fortiſſimus, incidente in caput latere occumberet. Argolides vero inſignem gloriam inter Græcos adeptæ ſunt, quod Pyrrhus vir bellicoſiſſimus non a viris, ſed a fœminis Argivis confectus cecidiſſet.

CAP. LXIX.

ACARNANES.

Ætolis longo tempore cum Acarnanibus bellum gerentibus, ad extremum per proditionem in urbem irruentibus, viri in ſubito periculo fortiter dimicarunt. Fœminæ in tecta aſcendentes, partim lapidibus, partim lateribus jacientes, multos ex hoſtibus interfecerunt. Viros

δὲ ἄνδρας ἐνδιδόντας καὶ ἡττωμένους, αὗται ποτὲ μὲν παρακαλοῦσαι, ποτὲ δὲ ὀνειδίζουσαι, ποτὲ δὲ ἱκετεύουσαι, ἀνέστρεψαν ἐπὶ τὴν μάχην. ἐπεὶ δὲ πάλιν ἀγωνισάμενοι γενναίως ἑάλωσαν, αἱ γυναῖκες ἐπὶ τοσοῦτον περιεπλέκοντο τοῖς σώμασι τῶν ἀνδρῶν, ἢ ἀδελφῶν, ἢ πατέρων, ὥς τε αὐτὰς ἐξαρτωμένας ἀποσπᾶν οἱ πολέμιοι μὴ δυνάμενοι συγκατεφόνευσαν τοῖς ἀνδράσιν.

ΚΕΦ. Ο.
ΚΥΡΗΝΑΙΟΙ.

Κυρηναίοις ἐπολέμει Πτολεμαῖος. οἱ δὲ ἡγεμόνα ἐξ Αἰτωλίας Λυκωπὸν μεταπεμψάμενοι, τούτῳ τὴν προστασίαν τῶν κοινῶν ἐνεχείρισαν. ἐν δὲ ταῖς μάχαις οἱ μὲν Κυρηναῖοι προεκινδύνευον. αἱ δὲ γυναῖκες αὐτῶν χάρακας περιέβαλον, τάφρους ὤρυττον, βέλη προσέφερον, λίθους προσεκόμιζον, τοὺς τραυματίας ἐθεράπευον, τροφὴν παρεσκεύαζον· σφαλέντων δὲ τῶν ἀνδρῶν, τοῦ Λυκωποῦ τὰ πράγματα μεταστήσαντος ἐς μοναρχίαν, ἐπὶ τοσοῦτον ἐβλασφήμησαν τὸν μόναρχον, ὥστε παροξυνθεὶς τὰς πλείστας αὐτῶν ἀπέκτεινεν, ἑκούσας ἐπὶ τὴν σφαγὴν θεούσας.

ΚΕΦ. ΟΑ.

Viros autem cedentes, et pene victos, ipsæ tum cohortando, tum exprobrando, nonnunquam etiam ſupplicando, ad pugnam revocarunt. poſtquam vero rurſus animoſe pugnantes capti ſunt, mulieres tantopere adhæreſcebant corporibus maritorum, aut fratrum, aut parentum, ut eas in complexibus hærentes hoſtes avellere non poſſent, et cum ipſis viris occidere cogerentur.

CAP. LXX.
CYRENENSES.

Ptolemæus cum Cyrenenſibus bellum gerebat. Illi ducem ex Ætolia Lycopum evocantes, ei ſummam omnium rerum poteſtatem permiſerunt. In pugnis Cyrenenſes priores pericula ſubibant. Mulieres vero eorum valla munire, foſſas ducere, tela adferre, lapides apportare, vulneratorum curam gerere, cibos aparare. Male autem rem gerentibus viris, Lycopo ſtatum reipublicæ in ſingularem poteſtatem transferente, tantis tyrannum proſciderunt conviciis, ut exaſperatus plurimas earum interficeret, ſponte ſua ad cædem accurrentes.

ΚΕΦ. ΟΑ.
ΛΑΚΑΙΝΑΙ.

Λακεδαιμονίων αἱ θυγατέρες ἐγήμαντο Μινύαις, τοῖς ὑπὸ τῶν Ἀργοναυτῶν γεγονόσιν. οἱ δὲ κοινωνοῦντες τῆς πολιτείας, ἤδη καὶ τῆς βασιλείας ἀντεποιοῦντο. τοὺς μὲν δὴ καθεῖρξαν οἱ Σπαρτιᾶται· 67 *αἱ δὲ θυγατέρες τῶν . . . .*

67 Ex Herodoti Musa quarta historia hæc supplenda est. *Casaubonus.*

CAP. LXXI.
LACÆNÆ.

Lacedæmoniorum filiæ nupserant Minyis, ab Argonautis oriundis. Illi jus civitatis adepti, etiam regni administrationem affectabant. Eos Spartiatæ comprehensos in custodias dederunt. At filiæ, ...

IN-

INDEX I.

VOCUM ET PHRASIUM GRÆCARUM.

Primus numerus librum indicat, ſecundus caput, tertius ſtrategema.

A.

Ἀλί

Ἀρμο-

B.

Γ.

Γεώλο-

Διεξιπ-

Z.

Σιτη-

T.

Υ.

Φ.

Ψ.

Ω.

INDEX II.

INDEX II.

EORUM QUORUM STRATEGEMATA APUD POLYÆNUM EXTANT.

Hercules

Phrynichus

FINIS.

Sequentia adhuc in versione latina sunt corrigenda. a priorem paginæ partem, b posteriorem, quam vulgo columnam vocant, significat.

p. 23. b. l. 6. pro *sarmentarii* ponatur *lignatoris*.
p. 40. a l. 12. - - *muris* - - - - *navium lateribus*.
p. 42. a l. 15. - - *Mycalem* - - - *Mycalen*.
p. 50. a l. 1. p. 52. b l. 9. p. 86. b l. 7. p. 111. b l. 12. p. 117. b. l. 15. p. 118. a l. 3. p. 121. b l. 13. in his omnibus locis pro *mœniorum* quod nimis antiquum est, licet Cledonii, veteris grammatici, autoritate defendatur, legas *mœnium*.
p. 89. b l. 16. *vetans ne intus castra metarentur* - - *vetans intus castra metari*.
p. 94. a l. 1. *ut erga Phœbiadem simularet* - - *ut erga Phœbiadem amorem simularet*.
p. 115. b l. 17. *jussit eum* - - *eum* delendum est.
p. 137. a l. 12. *Acarnanos* - - *Acarnanes*.
p. 159. a l. 4. *juramentum* - - *jusjurandum*.
p. 183. b l. 7. *proram* - - *puppim*.
p. 290. b l. 17. *bonæ fortunæ* - - *bona cum fortuna*.
p. 300. b l. 5. *locum* - - *cœlum*.
p. 341. b l. 15. *hostes ope testudinis de turribus dejectis acetum infundebant* - - *hostes postea testudini e turribus admotis acetum infundebant*.

Peccata typothetarum in textu græco commissa.

p. 14. l. 11. pro ἰκ legatur ἐκ.
p. 15. l. 10. ἐσπεύσαντο - - ἐσπείσαντο.
p. 40. l. 7. Ἄνδρες - - Ἄνδρες.
p. 49. l. 12. κατασπεῖραι - - κατασπεῖραι.
p. 99. infra 39. μοίρας - - 39. μόρας.
p. 111. l. 7. αἰτίαν - - αἰτίαν.
p. 125. ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΥΣ - - ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΗΣ.
p. 156. l. 14. ὠκτὰς - - ἀκτάς.
p. 192. l. 3. ἂν - - ἂν.
p. 208. l. 4. διέξοθος - - διέξοδος.
p. 242. l. 16. ἀπιστράτευν - - ἐπιστράτευε.

p. 278.

p. 278. l. 10. πȣ̓ - - πȣ͂.
p. 298. l. 11. πατακλίναι - - κατακλίναι.
p. 300. l. 11. τὸ δὲ κατάϛημα κινȣ́μενον - - τὸ δὲ κατάϛημα χειμέριον, καὶ πνεῦμα κινȣ́μενον. *quae verba etiam in Maasvicii editione desunt.*
p. 317. l. 2. ἀυτοῖς - - ἀυτοὶς.
p. 327. l. 13. ἐπιδεικυμένȣ - - ἐπιδεικνυμένȣ.
p. 367. l. 9. λίμῷ - - λιμῷ.
p. 417. l. 1. θανάθȣ - - θανάτȣ.
p. 429. l. 8. ἑρμήνεως - - ἑρμήνεως.
p. 449. l. 15. ἰδρῶτα - - ἱδρῶτα.
p. 467. l. 15. εὐκόλος - - εὐκόλως.
p. 476. l. 19. νησίδη - - νησίδι.
p. 478. l. 2. ἠνεωμένην - - ἠνεωγμένην.
p. 486. l. 3. πελεμίȣς - - πολεμίȣς.

Errata in versione latina.

p. 10. HERCLES - - HERCULES.
p. 36. b l. 1. equibus - - equitibus.
p. 59. b l. 13. quilbet - - quilibet.
p. 144. b l. 11. parte - - parta.
p. 179. b l. 8. post *misit* loco commatis scribendum est punctum.
p. 187. a l. 8 patientes - - partientes.
p. 283. b l. 18. post *collocare* comma delendum est.
p. 338. b l. 11. principibns - - principibus.
p. 340. b l. 3. Aexander - - Alexander.
p. 467. a l. 9. Ille - - Illi.
. 475. a l. 2. unicuiqui - - unicuique.